ei maxime quod decursu temporis mixuit, tam qua Alex Bonau. Durand. Albertus et alij ibi nant. tum qua Doctrina de vitali merito Christi in ratione sui est intelligendum dum multis rationibus; quia non repugnat Caelum sub meritis vitalis ro imputati qualia non sunt + quia dum praesupponit existere, pariter ut primo merui, tum eius hypostatibus, et quia illa quae quas tum ipse gentium Christi, tum alij Sancti PP. merueruntque subjectos incarnari, sed de hoc alibi: Atque absque ingredimur

Sectio 3a

Christus Dominus est Causa totius praedestinationis etiam quoad electionem

Probatur. per Paulo nostra relatio ad Ephesios 1o, ubi postquam dixerat benedictionem ipso meritis Christi tradiderat, etiam subiungit sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem: sed quaevis benedictio spiritualis est in Christo, praedestinatio est propter Christum et hic est Causa praedestinationis ut dilectio est: Ergo qua electio est in Christo, praedestinatio etiam, ut electio, est propter Christum, et Christus est Causa praedestinationis qua hic est electio

Confirmatur qua Christus non solum vitalis probatur, sed etiam specialiter pro praedestinatis sua merita applicuit Christus est Causa praedestinationis, non solum quoad illud, sed etiam qua electio, ut notat expositio: sed Christus specialiter applicuit sua merita pro praedestinatis, dixit Joannis 17, non rogo pro mundo sed pro his, quos dedisti mihi; quasi diceret, non rogo pro omnibus specialiter sed pro his, quos ante electos praedestinati, et sic eos mihi tradidisti, tamquam membra Capiti, et tamquam palmites viti Ergo Christus est Causa praedestinationis, qua hic electio est

Probatur 2o:

q.a perfectio meritorum hypostatica tantum attingit in facto
eas perfectiones probus tribuit; nam expleto scibile ea in ratione
sed Christus est Causa praedestinationis, ut electio, et perfectio potius
reprobo: nulla ergo parte ea ex his repugnat, sed meritum Dei nostri,
in eo non est, ut patebit expendenti eius praedictas Caritatis,
in qua nulla apparet repugnantia; sed nullas Dei nostri quia
sed nulla apparet in ea Caritate quod Christus est Causa prae-
destinationis etiam qua electio est.

Confirmatur: quia ante ad praedestinationem Dei nostri
tam ut dilectio est, quam ut est electio, merita Christi Domini, ut absolute
futura, erant Deo praesentia in scientia visionis, sed eius
praesentialitatis fuerunt Causa praedestinationis, ut dilectio est: ergo
ratione eiusdem praesentialitatis fuerunt Causa praedestinationis ut electio
est. Probatur maior, quia quod sit an de facto Christus Dominus omnibus praedestinatis
vel aliquibus in speciali sua merita applicaverit, certum est propriam
habuisse talem vim, ut si applicarent posset movere Deum ad electionem
Cum ergo movuerint ad dilectionem, non quare non potuerint movere
ad electionem: sed quod potest movere ad electionem, est antecedens:
loquimur ergo de electione, ad quam movet meritum ut tale quod
non movet, nisi ut praeexistens, et praesens in scientia visionis:
ergo ante ad praedestinationem tam ut dilectio est, quam ut electio,
merita Christi Domini, ut absolute futura, erant Deo praesentia
in scientia visionis.

Sed contra est: quia praedestinatio non solum dicit
actum gratiosum, verum etiam eius beneplacitum divinum, idque ea
ut electio est, est effectus meritorum Christi non est eius beneplacitum
divinum; neque est eius beneplacitum absolutum, quod ad placitum
exhibetur illius non est; sed ad placitum alterius eligentis: ergo praedestinatio

ut

ut electio e, n e effectus meritorum Christi, neque hic causa praedestinationis, ut electio e. Quae gradus praedestinationis exprimitur a Paulo exemplo figuli ex eadem massa fingentis quaedam vasa in honorem, quaedam in contumeliam: Electio figuli vasis in honorem e ab ipso figulo, neque ut tales habet aliam causam quam neque praedestinatio ut electio e hic causam gloriae.

Sed considerando magis et maxime motum, cuius gratia dicitur quo n e res complacentia alicuius, quod ad placitum et libitum illius n e ultra, neque fiat, neque radicaliter; sed quod dicitur ad placitum illius fiat, e tamen radicaliter, neque est quod praedestinatio, ut electio ad libitum fiat Christi Domini, quod habere ut hi potius quam illi praedestinarentur, efficaciter meruit, tamque merito efficaci applacavit; est autem radicaliter a Deo, quatenus Deus providens plures medias, cogitationes congruas, quas deficere immisit meritis Christi Domini circa salutem praedestinatorum, hos potius elegerunt, quam alios, quos elligeret, si cogitationes aliquas immitteret; et potius hanc cogitationem congruam immisit, quam aliam. Ad confirmandam

considerando magis et minus, et neque locum, tum quia exemplum figuli n venerat [illegible]; sed solum tenet comparando Deum cum hominibus praedestinatis, et reprobis, n vero comparando Deum cum Christo, cuius merita sunt causa totius praedestinationis et electionis, tum etiam quia ut Deus habeat rationem figuli aliquo [illegible] discretio vasis in honorem, a vase in contumeliam, satis e a Deo immitti cogitationes congruas, quae ipsis potius quam his, quam si aliis essent efficaces, ut praedestinarent. Sic enim

tota electio in radice e a Deo, tu fratri, et inse tibi a proprio Dono.

2a e ro q. merita Christi D. sunt effectus praedestinationis quos Deus elegit ad gloriam: id eo ipso n. projet la praedestinationis quae electio e: alioqui id intercederet mutua Causalitas, quae sibi repugnat: cum merita n. sit Causa illorum, quod ipsa praesupponit ex(?) supra z illud Causaret: q. Christus n. e Causa praedestinationis, quae praedestinatio electio e: probatur mea: quia talia merita sunt media efficacia conducentia ad gloriam, quae e finis praedestinationis; sed electio mediorum e effectus intentionis efficacis finis: q. merita Christi Domini sunt effectus praedestinationis electae: probatur: quia Christus praedestinatus e a Deo in remedium pati, et ut nos opere redimeret x. illud, quod propter nos homines et propter nostram salutem descendit de coelis; id hoc e, Christus Deus merita ei media ad nostram praedestinationem: ideoque Christus dicit mediator et redemptor noster q. talia merita sunt media ad nostram praedestinationem.

Relinquendo

mai. ad cuius probationem, nego etiam mai.: merita Christi Domini n. sunt media ad gloriam praedestinatorum, sed t. effectus infra(?) gloriam: ut z eum media neque erat, prius Deus eligeret hos ad gloriam deinde ro voluisse merita Christi, ut pro consentia(?) istius finis. res autem aliter se habet: Deus n. to voluit Christum: cumque videat homines applicantes sua merita, ut hi potius quam illi eligerentur ad gloriam, propter merita Christi hos potius, quam illos elegit: ideoque merita n. sunt media, sed Causa effectus infra(?) gloriam electorum, et, inquam, praevisis existentes ante talem electionem.

Ad probationem distinguo

mai: Christus praedestinatus e in remedium pati electi(?) semper(?) hi(?) in

L.

ex Causalitate finali remedij pati inpræscripta Christi nego.
sumpto hoc in ex Causalitate morali efficienti Christi in remedium
pati orando videlicet locatio ea solum denotat Christum per sua
merita esse Causam moralem efficientem remedij pati, ipsis dum
dicitur Christus propter nos et propter nostram salutem, hoc propter non de-
notat Causalitatem finalem salutis nostræ in Christum Deum, sed solum
Causalitatem moralem efficientem meritorum Christi Domini in nostram
salutem

Oppositio, quam faciunt hæc in communi loquendi mo-
re quæ dicuntur tibi, est, est immediate operantis esse propter
operandum, non quia operatio sit perfectiva eius, sed solum quia operatio
e gradu effective ab eo: quam nego minorem: Christus est redemptor
quia redemit nos a Captivitate pati, quam nobis merendo;
non quia Christus sit propter nostram redemptionem, tamquam propter finem.
deinde dicitur mediator, non quia sit medium propter salutem nostram
salutem, sed quia non est mere Deus, sicut reliquæ divinæ personæ;
neque est mere homo, sicut reliqui homines; sed sal Deus, et homo
et hac ratione medius inter utrumque extremum, et ipse de
utroque participans mediator dicitur per propria merita reconcilians
homines cum Deo

Sed contra est: quia electio prædestinatorum fuit ab æterno;
merita autem Christi sunt in tempore, sed id, quod est in tempore
nequit esse Causa illius, quod est ab æterno, alioquin effectus esset
prior sua Causa: ergo Christus non est Causa huius nostræ electionis.
Confirmatur: quia frustra est impune dimitti quia orant, eo quod iam
sunt, ergo impune dimissi quia orant Deum per abundantiam, et
felicitatem annorum suorum prædecessorum; sed electio prædestinatorum
qui tempore antecesserunt Christum Dominum, non fuerat dum

Christus [illegible]: ergo frustra, et imprudenter oramus pro allevatione oraret, et media oratio est Causa illius.

Resp. distinguendo maj. et dist. min.: id quod in tempore est, nequit esse Causa etiam physica, concedo, moralis, nego. Ut patet in meritis praedestinati, quae sunt in tempore, et tamen sunt Causa voluntatis Divinae exclusive conferendi gloriam ipsis meritis, quae tamen est ab aeterno. — Ad confirmationem distinguo maj., frustra et imprudenter quis oraret, pro eo quod jam fuit effectum, si fuit independenter a praesenti oratione, concedo, si fuit dependenter ab ea, nego. Ergo abundantia, effectus praeteritorum annorum fuit independenter a praesenti oratione, ideo pro eadem de praesenti frustra et imprudenter oraret.

Quod si id, quod fuit, fuisset dependenter a praesenti oratione, nec frustra, nec imprudenter esset oratio de praesenti: sic enim Ecclesia non frustra, neque imprudenter orat de praesenti pro animabus defunctorum, quae liberatae jam sunt a poenis Inferni, orat insuper eadem a poena Inferni, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum, requiescant in pace aeterna. Quoniam praedictae animae liberatae sunt a poenis Inferni dependenter ab his orationibus de praesenti. Neque ulla est ratio, quare merita de praesenti conducant ad id, quod tempore antecedit, non vero orationes, et impetrationes: cum conducant in genere causae moralis, cui non repugnat esse tempore posteriorem suo effectu.

Sectio 4a

Sanctissimis Regg. Illustrissimis Claudo quaestio

Sa. Clem. V.

Christus Dominus fecerit Ca. praedestinati, qua clarior est, eo quod salutis

sua

sua merita specialiter applicaverit; non tamen specialiter reprobos exclusit nolendo positive gloriam, et auxilia congrua ad illam obtinendam: ergo Christus non est Causa reprobationis eorum, qui reprobantur. Sicut quia unusquisque reprobatur propter propria demerita, non propter merita Christi; hinc quemadmodum sicut dicitur Christus descendisse de coelis propter nos salvandos, propter eos perditos, et mortuos; diceretur etiam descendisse propter perditionem reproborum, propter eos perdendos et mortuos, quod videtur blasphemum: sed si positive voluisset gloriam reproborum, et positive noluisset auxilia congrua, esset Causa reprobationis eorum, qui reprobantur. Ergo Christus est Causa praedestinationis, quatenus voluntas Christi intuitive Deus praedestinat unde si etiam intuitive voluntatis Christi reprobat, Christus esset Causa reprobationis. Ergo sicut Christus fuerit Causa praedestinationis quia electio est, eo quod electis sua merita specialiter applicaverit, non tamen specialiter reprobos exclusit, nolendo positive eos gloriam et auxilia congrua ad illam.

Sed quaeritur

quia Christus certo sciebat, eos, qui specialiter non curat excludendos esse a gloria, nec habituros auxilia congrua ad eius (?) necessaria; sed hoc non est Christum esse Causam exclusionis eorundem a gloria et Carentiae auxiliorum congruorum: quia ex libere ponente omissionem, cognitus effectus infallibiliter secutus ad omissionem, Causa est talis effectus, ut patet in nauta, qui praesciens naufragium secuturum omissa sollicitudine erga navem, libere ponit omissionem, qui nauta est Causa naufragii: ergo Christus est Causa exclusionis reproborum a gloria, et Carentiae congruorum auxiliorum.

Respondetur volendo malum et nolendo bonum, nos Causa mali verum est, ponentes libere omissionem ad quam infallibiliter sequitur effectus, eo ipso est Causa effectus: duplex enim

potest vitare sequi, ... navis, et tunc effectus, ut causae moralis imputatur omittenti, nisi haec talis causa omittendi, et quia naufragium navis sequitur ad omissionem sollicitudinis, cuius nulla supponitur rationalis causa, ideo naufragium navis ut causae morali imputatur

2° potest effectus sequi ad omissionem liberam et inculpabilem, et tunc effectus unaliter non imputatur omittenti: alioquin Deo ut causae morali imputarentur omnia peccata, cum omnia infallibiliter sequantur omissionem auxiliorum quibus ad non peccandum. dixi unaliter, quia quidquid quis tenetur impedire effectum, et tunc omittenti imputatur effectus, ut homicidium, et furtum potenti ea facile impedire: cum ergo ad omissionem auxiliorum Dei per se non sequatur natura exclusio eorum gloria, sed potest adhuc salvari; nec tenetur Deus impedire eorum exclusionem a gloria, et Causalitas auxiliorum eorundem: inde est quod Deus non est Causa talis exclusionis

Ad 2um Conclusio

Eorum parvulorum quibus nullus purus homo potest esse Causa totius sui praedestinationis alterius, sic sua Ethiopia Card. Saraglo et alios probatur quia praedestinatio importat ab electione effectivi ad gloriam gratuita, et liberali, ut saepe dictum est; sed si purus homo est Causa totius praedestinationis alterius, huius praedestinatio non est gratuita, et liberalis nec ei nec. est quod ex merita parvulorum quod repugnat gratia, et liberalitati ergo purus homo eorum parvulorum quibus non potest esse Causa totius praedestinationis alterius

Confirmatur quia vota exclusiva conferendi gloriam ut Coronam non est gratuita et liberalis, sed remuneratoria, et ex iustitia; sed ratio est, merita

alte

absolute praevisa est Causa talis voluntatis: quod si merita praevisa sint Causa totius praedestinationis, etiam electionis ad gloriam, huius praedestinatio, et electio non erit gratuita et liberalis. Quod si dicas, talem praedestinationem, et electionem esse gratuitam, et liberalem quoad electi, si vero quoad illorum propter cuius merita fit electio; quia admissa electio omnium praedestinatorum gratuita et liberalis est quoad omnes electores, et praedestinatores, quamvis talis non sit quoad ipsos propter quorum merita eliguntur, et praedestinantur. Contra ergo, quia electionem praedestinatorum non esse gratuitam, et liberalem, patenter fatetur cum ipso Deo, constat tot Scripturae et Patrum testimoniis, quod constat, talem electionem esse propter merita ipsius; sed nullius electionem constat esse propter merita praevisa. Ergo omnis electio est gratuita, et liberalis non solum quoad praedestinati, sed etiam quoad cuiuslibet praevisi. Probatur minor, quia licet constet, Stephanum orasse pro Paulo, et aliquando eius persecutoribus, quorum plures vero simile est, orationibus Stephani esse ad fidem conversos, et sic de aliis aliorum orationibus volatis, et satisfactis, hoc solum probat talia merita esse Causam aliquas exclusivas [?] remissionis volantis, et satisfacientis; si vero probat esse Causam ipsius electionis ad gloriam: sicut non constat, eos praedestinatos consequi gloriam propter merita, hoc solum probat, merita esse Causam aliquas exclusivas conferentis gloriam, non vero electionis ad gloriam. Ergo nullius electionem constat esse propter merita praevisa. Contra 2°: quia electionem praedestinatorum non fuisse gratuitam, et liberalem quoad ipsum Deum, constat ex eo, quod ipsius fuerit praedestinatus

in signo priori signo electionis eius ut per principem, et Caput, unde ab benedictio spiritualis deribat in eos praedestinatos, sic exigente unione hipostatica; id nil tale erat de nullo puro homine: ideoque eo sal, et in eodem signo videmus praedestinati: ergo eius electio gratuita est, et libertatis comparatio facta cum quolibet puro homine

Obijcies tamen: quod Causa eius effectiva praedestinationis Causa est praedestinationis totius, cum praedestinatio sit actus Dei, ni aliis causatur, quam causando eius effectum; sed purus homo uti meritorum quidem potest esse Causa eius effectiva praedestinationis alterius: nihil convenit purum hominem meruisse alteri tum [illegible], tum ipsam gloriam: ergo unus homo potest esse Causa totius praedestinationis alterius. Probatur: quod de facto oratio Stephani saltem de congruo meruit [illegible] Paulo [illegible] ideoque videtur dicendum [illegible] Mariae [illegible] de orationibus pluribus [illegible] pluribus [illegible]; ideo [illegible] Mater Dei Mariam [illegible] praedestinationibus [illegible] ergo purus homo [illegible] potest esse Causa totius praedestinationis alterius.

Respondeo distinguendo maiorem Causa eius effectiva praedestinationis tam in intentione, quam in executione, concedo; Causa eius effectiva solum in executione, nego: ergo homo potest de facto esse Causa eius effectiva praedestinationis alterius in executione, non vero in intentione, quia haec ut diximus est ante absolutam praevisionem eius meritorum, praevisio meritorum Christi, quae est Causa totius eius praedestinationis.

Ad confirmationem distinguo antecedens

de

de facto oratio Stephani taliter de congruo meruit sibi gratiam
efficacem in ordine executionis, concedo; in ordine intentionis,
nego: in ordine executionis oratio sanctae Monicae fuit Con-
versionis Augustini, orationes item aliorum conversioni plurium peccatorum
et praesertim sanctissimae Matris Dei Mariae sit Causa totius orationis
praedestinati, in ordine intentionis, ingenuum, solius Christi
merita Christi absolute priora eligunt ad gloriam dandam
in executione etiam Christi impetrans Beatae Virginis Mariae,
Paulo Christi oratio Stephani, et sic de aliis quorum est pertinere
quasi ea sola gratiam efficit in executione Christi aliorum meritorum
tunc praesertim 3a. Illud Deus aliquem puriorem hominem praeter
eo Causa totius praedestinationis alterius: prob.: quod nulla est repug-
nantia in eo, quod Deus Paulo eo non praedestinaverit, ante
absolutam praevisionem orationis meritorum Stephani in Causa gratiae
Paulo libere praedestinet, praeter et eodem eum non praedestinare;
deinde nulla est repugnantia in eo, quod post praevisam absolutam
orationem Stephani, intuitu illius vellet dare gratiam sibi, consequen-
tiam in eo, et gloriam Paulo: libere, modo hic omittit
Deus, consequenter potest ea velle; aliunde autem merita hoc justi
taliter de congruo possunt mereri alterius justificationem: Ideo ipso
Stephanus est Causa praedestinationis Pauli, oratio illius meruit
Deum adeo auctorem praedestinationis Pauli: ergo unus aliquis purus vivus
homo praeter eo Causa totius praedestinationis alterius

Id 3a dicit so: eo

ipso quod oratio Stephani meruit voluntatem Pauli conducentem in
ejus sibi justificationem, et glorificationem est causa praedestinationis Pauli: quo-
niam cumque conducunt in alterius glorificationem sit causa praedestinationis illius

Et eo ipso quod Stephanus non potest esse Causa totius praedestinationis Pauli: effectus eius praedestinationis non potest esse Causa eiusdem totius, quia in nulla quidditate praeventio potest esse Causa totius praedestinationis alicuius.

3a dicitur: quod quamvis in dicta hypothesi oratio Stephani non esset effectus praedestinationis Pauli, quia non oriretur ex intentione glorificandi seu iustificandi Paulum: id hoc non requiritur ut sit effectus praedestinationis Pauli: quod est effectus illius, et non Causa, quia auxilium conferunt Deus auxilia congrua ad iustitiam, et gloriam, intendens illi bonitatem auxilii et non eiusdem iustitiae nec gloriae, tale auxilium non procederet ex intentione glorificandi seu iustificandi: id adhuc esset effectus praedestinationis cui confertur: aliquin non potest esse Causa totius suae praedestinationis, quod a nobis rejectum est: ergo hoc non requiritur ut sit effectus praedestinationis Pauli.

Quaeres ad 4um nego maiorem aliquin donum esse effectus maioris praedestinationis, cum merito eius conducunt ad maiorem iustitiam, et gloriam: requiritur quod etiam aliquid sit effectus praedestinationis alicuius propter praedicta conducentia, oratio abstinente praedestinativa eiusdem: nullum quod effectus talis est, nisi quod sit eius, a quo originem trahit: sed oratio Stephani non trahit originem a praedestinatione Pauli, ut supponitur, quo pacto erit effectus praedestinationis Pauli.

Ad 2am distinguo maiorem, et nego minorem, ad eiusdem probationem distinguo maiorem, et nego minorem, quia tale auxilium nullam supponit voluntatem praedestinativam, repugnat esse effectus praedestinationis; in hypothesi quod angeli quaevis non est quoad primum gradum, id quoad alios, non repugnat aliquem esse Causam totius suae praedestinationis; repugnat autem quoad primum gradum, quia quoad eam omnia dicta suppositio, quae essent conducentia singula, conferunt praedestinato ex intentione praedestinativa glorificandi, iustificandi, et vocandi, quod iam a nobis rejectum est, quoad primum gradum aliquam posse esse Causam totius suae praedestinationis.

3a illius

4a. Illud Ca, sive ratio motiva expressa, quae Deus praedestinavit est bonitas ipsius, quae illum inclinat ad sui Communicationem, qualis fit per principium praedestinationis effectus, videlicet per gratiam, per quam homo fit particeps divinae naturae et per gloriam, sive visionem Dei, per quam homo est beatus, et intentionaliter particeps eiusdem ipsius. Probatur 1a quia quaecumque Deus ad extra vult, omnia vult propter suam bonitatem, quod illud innuitur per illud ipsius operatus est Dominus: sed unus praecipuus actus quos Deus ad extra vult, est praedestinatio: est de praecipuis obiectis, videlicet de gratia et gloria ergo Ca, sive ratio motiva praedestinationis expressa est bonitas ipsius Dei.

Accedit huic bonitati manifestatio eiusdem, et ipsius sapientiae et potentiae ipsius, quod insinuat Paulus ad Rom. 9o ut ostenderet divitias gloriae suae in vasa misericordiae; cum summa gloria sit quae desumitur ex manifestatione bonitatis, sapientiae, et potentiae, docens Paulus, Deum praedestinasse, ut ostenderet divitias gloriae suae, docet Causam rationem motivam praedestinationis expressam esse manifestationem praedictorum attributorum.

Quod si roges, quaenam ratio specialis Deum movit ad eligendum potius numerum praedestinatorum, quem elegit, et non maiorem, nec minorem? Respondeo rationem specialem soli Deo esse notam, nisi eam revelaverit, nec ex revelatis, aut ratione naturali possit deduci. Non tamen acquiesco pluribus theologis docentibus, Deum nullam habuisse rationem specialem ad huius numeri electionem, constat enim ex Sapientiae 11o Deum omnia in mensura, numero et pondere fecisse, quod indicat Deum non solum fecisse numerum maiorem rerum, verum etiam habuisse rationem specialem quare fecerit hunc numerum stabilitum potius quam alium

Accedit in civitate vel in provincia, et regno specialem esse rationem, quare tot, et non plures, nec pauciores, saltem in magno numero debeant esse incolae-

q° est specialis prerogativa ee x°, quam glorijs reservabit et regnum cælorum tot civibus non pluribus, nec paucioribus consolatur: q[uod] licet ea ignota sit nobis eam tamen habet Deus ad prædictum numerum statuendum.

Cum hoc tamen stat, nullam habuisse Deum rationem specialem elligendi, quos elegit, et non alios, aut diversam partem et non includere ideoque unius præ alio electio tota oritur a liberrima divina voluntate unius præ alio absque ulla speciali ratione obiectiva movente specialiter, sic P. Suar. Cum Sancto Thoma et alijs. Probatur: quia nulla est ratio specialis obiectiva, ratione cuius præ[illegible] Deus specialiter moveri [illegible], ut ex dictis constat; sed in dicto casu, et similibus nulla est specialis obiectiva, ut Deus potius unum elligat, quam alium: utrumque enim [illegible] congrua infallibiliter producendi adiutum, et utrumque per pure sufficientia infallibiliter non producendi: et utrosque producere [illegible] ostendit gloriam divinorum attributorum ut exsequeret: ergo Deus nullam habet rationem specialem obiectivam elligendi, quos elegit et non alios.

Confirmatur, quia plerumque est Deus pro solo libito suæ libertatis absque ulla ratione obiectiva speciali ut Creatione potius huius mundi, quam alius solo numero distincti electione huius hominis compositi ad unam hypostasim, quam alterius hominis ex [illegible] solo numero distincti ad unam hypostasim elligibilibus ergo similiter modo, absque ulla ratione speciali obiectiva Deus elligit, quos elligit, et non alios; sed contra dicere, quia in hac electione agnoscit Paulus ad Rom. 11 altitudinem divitiarum sapientiæ, et scientiæ Dei, et incomprehensibilia iudicia eius &c: sed in electione unius præ alio, pro solo libitu elligentis nulla est altitudo sapien-

ti.

1. seq., neq. iudiciarum incomprehensibilium: q. in hac ellectione specialis aliquas ras obvias habet Deus, quare hos elegerit et n. alios. confirmat ex Aug. in enquiridione Cap. 98 ubi loquens de electis Patris, inquit, cum n. lateat quod nunc latet: Cur ex duobus parvulis unus est assumendus p. Dei misericordiam, alius p. iudicium relinquendus, cur ille potius, quam iste fuerit assumptus: q. tenet Aug. aliquam ee ras speciales ellectionis unius, et n. alterius.

Recitando mag. agit q. ibi Paulus de tota serie praedestinat. quae includit modum auxiliandi his praedestinatis, mediaq. conducentia ad praedestinat., in quorum collatione relucet altitudo sapientiae et scientiae Dei; et incomprehensibilia iudicia eius n. v.o in propria ellectione unius prae alio. ad confirmat. Aug. resp. sequentibus, qa quod tunc apparebit e., scilicet voluntatem Divinam totam ee causam talis ellectionis, et n. specialis aliquas ras; cum tn. homo lateat, quamvis ea e. omnino manifestum

Tandem ad finem quaestionis et disputationis notandum quod quae diximus de Causa praedestinat. hominum proportionaliter intelligenda ee de praedestinatione Angelorum, ideoq. Angelum n. ee causam totius suae praedestinationis, neq. p. merita naturalia, neq. p. supernatural. et unum Angelum n. ee causam totius praedestinationis alterius, sed solum Christum Dominum ee causam totius praedestinationis Angelorum e. q. sicut hominum praedestinatorum, et sicut Caput, cum ratione perfectionis ... debeant ... tanquam ... palmites, et tanquam Capitis in membra ... fluxus gratiae ... hominibus et Angelis.

1 de Culto 3°

1 De effectibus praedestinationis

Praedestinationem quasi ex parte Dei explicatam, eiusdem expositionem quoad effectus docendi methodus expostulat.

Quaestio 1a

An glorificatio, iustificatio et vocatio sint effectus praedestinationis

Sectio 1a

Quaestionis explicatio et Doctorum sententiae

Cum praedestinatio essentialiter accepta sit volitio efficax conferendi gloriam; integraliter autem sit volitio efficax conferendi gratiam, ut a nobis explanatum est disp. 1a q. 4 sectio 4, sequitur effectum praedestinationis esse quod a Deo fit vi voluntatis efficacis conferendi gloriam. Illud quod est effectus cuiuslibet voluntatis efficacis, quod fit vi talis voluntatis, sicut effectus est cuiuslibet Causae, quod fit vi talis Causae; fit autem vi alicuius voluntatis efficacis id, ad quod ponendum extra Causas aliqua efficax debeat esse volens: per quam dictionem distinguitur aliqua efficax ab inefficaci: haec quae solum allicit, et invitat ad ponendum extra Causas obiectum volitum, illa vero debet, et quasi cogit ad talem positionem.

Unde plura deducuntur. 1um: effectum praedestinationis debere esse opus, et effectum Dei: cum quia praedestinatio sit volitio efficax Dei solum potest debere Deum ad ponendum extra Causas id, quod a Deo potest fieri, et Causari; solum autem opus est effectus Dei, potest a Deo

ab eo effici, et causari: effectus ergo praedestinationis debet esse opus
et effectus Dei. Quae ratione merito communi theologorum sententia
excluditur a numero effectuum praedestinationis peccatum, eo quod non sit effectus
neque opus Dei.

Neque obstat peccatum permissive esse a Deo, hoc enim
solum denotat permissionem peccati esse effectum Dei, non vero ipsum peccatum; an
autem permissio peccati sit effectus praedestinationis infra dicetur. Neque mi-
nus obstat, peccatum Deus quod dicit de malo esse effectum et opus
Dei: est enim illius effectus non proprie et per se, sicut ut Causa particularis
id improprie et per accidens, sicut ut Causa universalis; effectus autem prae=
destinationis est effectus Dei proprie et per se, et ut Causa particularis:
est enim a Deo effectus praedestinationis affectatus volente, et praedestinante tanquam
finem, seu tanquam medium affectatum conducens ad finem praedestinatum; modo
autem peccati non posse affectari praedestinatum a Deo, satis a nobis probatum
est, tum supra sub de gratia actuali, tum infra sub de scientia Dei.

Quarto deducitur
effectum praedestinationis debere esse gloriam, seu medium conducens ad gloriam.
Cum enim finis praedestinationis sit nostra et communi sententia sit gloria,
ille solus potest esse effectus praedestinationis, quem ponit Deus delectatus
per voluntatem gloriae: per hanc autem solum ponit gloriam, seu media condu=
centia ad gloriam: nulla enim voluntas effective ad aliud dictat, praeter
positionem finis, et mediorum conducentium ad finem: gloria ergo et media
conducentia ad gloriam sunt effectus praedestinationis: nomine autem mediorum
intelligimus ea omnia, quae quomodolibet conducunt in gloriam, sive
conducant ut Causae, sive ut dispositiones, sive ut conditiones sine quibus
nequeunt haberi gloria, cuius ratio est ad hoc omnia ponenda extra Causam
delectavit Deus ex vi voluntatis affectivae gloriae: nam ponit haec
duo quoniam sibi velle affectare gloriam, et non velle affectare ea, quae

post se requiruntur ad gloriam.

3um deducitur, media huiusmodi debere efficaciter conducere ad gloriam, hoc est unumquodque eorum ex parte sua debere in actu 2o influere in gloriam, et cum ea coniungi. Probatur: quia praedestinatio est voluntas efficax gloriae; voluntas autem efficax finis, infert voluntatem mediorum efficacem ad eamque deducat: cum enim ubi voluntas efficax ponatur extra Deum eius obiectum, nec finis extra Deum ponatur sine mediis efficacibus, sequitur media quae sunt effectus praedestinationis, si quae moliebatur, sed efficaciter debere conducere in gloriam.

Nec obstat ubi voluntatem efficacem quoque inferri media inefficaciter disposita conducentia ad finem, ut patet in homine ubi ex parte frustrantur plurimum voluntatem efficacem finis. Non inquam obstat, quia hoc provenit ex ignorantia mediorum efficacium, scilicet impotentia ea applicandi quorum utraque repugnat Deo ex parte summae eius perfectionis, ideoque ubi voluntas efficax finis solum applicat media efficaciter conducentia ad finem, ne alias frustrari exponat efficacem suam voluntatem.

4um deducitur, effectum praedestinationis esse beneficium Dei quod debemus, et male negatur, facile in nostris principiis explicatur. beneficium enim stricte tale est res donataria grata gratisque donata. effectus autem praedestinationis ante volae visionem gloriam grati sunt praedestinato, utpote eidem utiles scilicet delectabiles; deinde quia ex sola via intentionis gratis praedestinato donantur: utraque intentionis ex intendente ante praevisa absoluta meritorum: ergo effectus praedestinationis est beneficium Dei.

2.º deducitur, quod effectus praedestinationis esse supernales,
supernales inquam, tales extra. Probatur: effectus praedestinationis esse
gloriam, seu media conducentia ad gloriam; gloria autem est intra super-
nalis, media vero, tametsi supernalia intra non sunt, quoniam omnes
intra supernales sunt gratiae, tam actuales, quam habituales
ordinantur ad gloriam, quae intra est supernalis, et aliquam sunt ut
effectus conducentia ad illam: ergo talia media, quae supernaturaliter
intra supernalia non sunt, tales a fine gloriae, ad quam extra
ordinantur, sunt extra supernalia: ergo effectus praedestinationis
intra seu extra est supernalis.
3.º deducitur contra quosdam,
quosdam quod effectus praedestinationis esse gratias Dei pro meritis Christi,
et praedestinationem, sive ea sit quoad gloriam, sive quoad gratiam,
sive quoad quemlibet alium suum praedestinationis effectum per merita
Christi, ut dicebamus disputatione superiori, et hoc est effectum
praedestinationis esse gratias Dei pro Christo: est quod effectus omnis a meritis Christi
gratia: ergo effectus praedestinationis est gratia Dei pro Christo. Dixi contra quosdam quosdam
qui dicunt alias posse Deum praedestinare independenter a meritis Christi
nullus hoc consequitur: cum praedestinatio sit undequaque liberalis, ita ea
autem quidem utrumque parte, haec praedestinatio est gratia Dei, nisi est pro Christo
cum huius meritis non influunt in praedestinationem, neque in ullum
alium effectum.

Ex positis jam communis Theologorum sententia statuit
justificationem, et vocationem, sub qua comprehendunt auxilia omnia gratiae
actualis esse effectus praedestinationis. Dissident aliquantum theologi in alia
hanc sententiam, alii cum P. Vasquez Velasco et multis asserunt,
justificationem, et vocationem esse integrum ex partibus esse effectus prae-
destinationis; non vero justificationem integram ex partibus, neque vocationem integram

s. efficax pro parvis non renascentibus. Ad 2am dico omnes electos et justificatos et vocatos non praedestinatos esse effectus praedestinationis.

Ad tertium, justificatio, et vocatio aptet, est effectus praedestinationis; non tamen talis est glorificatio, sive gloria. sic Durand. et Cartagena. 3o sunt aptet glorificatio et effectus praedestinationis; sed non de omni justificatione et vocatione sic nominatis. Ratio quia vadat gloriam et justificatio pro parvis non renascentibus est effectus praedestinationis, non tamen vocatio ulla, sive efficax, sive inefficax, sive intercamperum pro parvis, sive non renascentibus est effectus praedestinationis, sic sanus Bonavent. Cum aliis

Sectio 2a

Glorificatio est effectus praedestinationis sic omnes theologi contra Durand. probatur ex Paulo ad Rom. 8 ubi numerans praedestinationis effectus inter eos glorificationem numerat quos praedestinavit, hos et vocavit, et quos vocavit hos et justificavit; quos autem justificavit illos et glorificavit. ubi apte inter effectus praedestinationis ponit gloriam. 2o probatur quia quidquid Deus efficit vi voluntatis praedestinativae est effectus praedestinationis, ut ex terminis patet, sed Deus vi voluntatis praedestinativae efficit gloriam: vi enim huius voluntatis determinatur ad efficiendam gloriam, alioquin posset aliquem praedestinare quin eundem glorificaret, quod implicatorium et absurdum est. Ergo gloria est effectus praedestinationis.

Probatur: 3a ut dicitur ex analysi prima praedestinatio est tribuit in voluntate efficaci conferendi gloriam, cuius voluntatis obiectum est gloria, ut ex terminis notum est: sed voluntas efficax est effectiva sui obiecti, et hoc est effectus illius: non enim intelligitur voluntas efficax absque effectu, quod illa recipiat

suum

tum obiectum per quemlibet, sed ut effectum, non vero intentionem gloriae, sicut glorificatio est effectus praedestinationis.

Secundo probatur, quia sola illa beneficia, quae certissime liberant, quicumque liberantur, sunt effectus praedestinationis; dicente Augustino praedestinationem esse praescientiam et praeparationem beneficiorum quibus certissime liberantur quicumque liberantur. Sed sola bona gratiae sunt huiusmodi beneficia: glorificatio enim etiam eos facit liberos ab omni miseria culpae, quae sola est simpliciter miseria; ergo glorificatio non est effectus praedestinationis.

Tertio: ergo praedestinatio est prudentia supernaturalis, cuius finis est gloria, et est quidem supernaturalis; prudentia autem est: sed prudentia non respicit finem tamquam effectum, sed solum media; prudentia enim non ordinat ultimum circa finem, sed solum circa media; ergo gloria non est effectus praedestinationis.

Ad hoc argumentum, quod primum est, dico quod sententia quarta: dico ad primum omitto maiorem, et nego minorem: licet enim glorificatio faciat eos liberos ab omni miseria culpae, non tamen eos facit liberos ab omni miseria poenae: cum per glorificationem liberi evadant a praecipua poena damnatorum, qualis est carentia visionis Dei. Falsum vero est solam culpam esse simpliciter miseriam: poena enim est etiam simpliciter miseria, licet minor quam culpa.

Ad tertium omitto maiorem, et nego minorem: dato enim quod prudentia non versetur circa finem tamquam circa obiectum, circa finem tamen versatur tamquam circa effectum, ut patet in prudentia supernaturali dictante: quid homini sit agendum, ut inveniat ad finem ultimum gloriae Dei, et ideo exequenti, quam licet talis gloria non respiciat ut obiectum, sed tantum media, gloria tamen Dei est effectus illius; sicut licet praedestinatio est solum de mediis gloriae, et non de ipsa gloria tamquam de obiecto, videmus tamen per media gratiae

Causat efficaciam, ideoque hoc est effectus illius

Sectio 3a

Iustificatio est effectus Praedes.

Sic communiter Theologi contra Vasquez et Catharinum, probatur 1o quia Paulus ad Rom. 8 numerat praedestinationis effectus vocationem, iustificationem: quos praedestinavit, hos et vocavit, et quos vocavit et iustificavit. ubi clare iustificatio ponitur inter praedestinationis effectus. Probatur 2o quia actus Dei efficax voluntatis praedestinationis est effectus praedestinationis, ut explicatum manet; sed volitum praedestinationis est iustificatio: vis huius desumitur ad conferendam iustificationem: aliquando potest aliquis praedestinare quin eundem iustificet, quod talis duo primum quidem est impossibile: ergo iustificatio est effectus praedestinationis.

Probatur 3o quia voluntas efficax iustificandi, sive conferendi gratiam habitualem est praedestinatio ut probavimus disp. 10 q. 1a sectio 4a: sed huiusmodi voluntatis effectus est iustificatio: voluntas enim efficax alicuius effectus quodque est illius, cum voluntas ab eo, quod efficit, vel non efficit dicatur efficax vel inefficax dicatur cum illius ergo iustificatio est effectus praedestinationis.

Dices 2a cum 1o: quod sola voluntas efficax conferendi gloriam est praedestinatio: sed huiusmodi voluntatis non est effectus immediatus iustificatio: ergo effectus immediatus solummodo voluntatis iustificandi: ergo iustificatio non est effectus praedestinationis: sicut enim causa materialis non est causa effectus materialis, neque effectus materialis est effectus causae materiae. Respondeo quia iustificatio est effectus quidem supernaturalis communis praedestinationis

et

et reprobo, cum ergo iustificatio sit effectus communis praedestinato et reprobo utrique ergo iustificatio debet quoque esse effectus communis utrique: ergo non est effectus praedestinationis; quia est causa particularis. effectus causae communis non est effectus causae particularis, ut patet in sensatione, quae in homine non est effectus rationalis, quod est causa particularis, sed est effectus animalis, quod est causa communis homini, et bruto.

3o quia effectus praedestinationis scilicet est ipsa gratia scilicet efficax conducit in gloriam, ut supra dicebamus, sed iustificatio non est gloria: nec est medium quod ... ; nec ipsius conducit efficaciter in gloriam ut patet in reprobo, cuius iustificatio non causat gloriam, nec cum illa iungitur: ergo iustificatio non est effectus praedestinationis. Confirmatur: quia nullus effectus existit sine sua causa, ut ex terminis notum est; sed iustificatio existit sine praedestinatione, ut patet in reprobo iusto: ergo iustificatio non est effectus praedestinationis.

Rest adhuc notandum maior: licet enim id sola voluntas sit praedestinatio essentialiter; voluntas tamen efficax conferendi gratiam habitualem praedestinatio etiam est integralis: ex voluntate ergo conferendi gloriam, et ex voluntate conferendi gratiam habitualem, sive iustificationem integratur una praedestinatio constituta ex duobus istis voluntatibus invicem subordinatis ut dicebamus ... 1o ... 2o ... 3o ... 4o. Ergo ergo iustificatio immediate solum oritur a voluntate conferendi gratiam, oritur immediate a praedestinatione, est ergo proprius effectus praedestinationis.

Alii etiam quidam optime ... ad argumenta ... maior, et minor, ... causam iustificatio non est effectus praedestinationis physicus, admitto; moralis, nego: in moralibus enim causa mota ... causa ... ut patet in mandante scilicet occidentem furtum, scilicet homicidium, qui ...

Causa moralis est sicut s[icarius] homicidij, sed solus malo influit in utrumque, quatenus ad utrumque perpetrandum inducit sicarium et homicidam in quantum auget propensionem ferocem gradum delectationis et efficientia morali.

Ad 2um distinguo maiorem: iustificatio est effectus quidem supernaturalis communis electis, et reprobis communis iustificatis, concedo; sed reproborum praedestinatio talis iustificarentur, nego: et sic hunc reproborum praedestinationi effectum concedit singulari, quatenus causa non sit communis praedestinatio, et reprobo, sed gratia praedestinati iustificatio, et hic causa communis praedestinato, et reprobo, quatenus est gratia supernaturalis utrisque communis, sed hic causa specialis, sic praedestinatis, quibus veniat specialis ut praedestinatus.

Quod patet in similibus, quia licet virtualis non habet causam specialem et propriam actus supernaturalis, sed communem actui supernaturali, et naturali, scilicet virtus; ut sic supernaturalis habet causam propriam actus supernaturalis, nempe lumen gloriae, exemplum autem ibi positum non est ad rem, quia sensatio hominis nihil habebit quod non sit commune sensationi bruti; ideoque omnino non arguit, sed habebit communi homini et bruto, quod non habeat aliquid, quod non sit commune, sed ea quae exigit causam non communem, sed propriam et specialem.

Ad 3um

Concedo maiorem et minorem quoad utramque partem, nego vero quoad alteram: iustificatio ex praedestinatione conducit effectum ad gloriam, et licet illa contingit, sed aliter se habet in reprobo. quod solum probat iustificationem in reprobo non esse effectum praedestinationis; non vero talem non esse in praedestinato. unde patet ad confirmationem, cuius maiorem concedo, et distinguo minorem iustificatio electorum quae non est effectus praedestinationis concedo, quae est illius effectus, nego. iustificatio sed quae est effectus praedestinationis, ut patet efficacia

conde

conducens sine gratia, vel si in resto, sed justificatio alia sufficiente dumtaxat conducens, quam enim a voluntate gradus omnium, quam Deus vult ex eos, quos non praedestinat salvos fieri, sive consequi gloriam

Sectio 3a

Justificatio etiam pro statu interrupta est effectus praedestinationis

Sic communiter Theologi contra Vasquez, Velasquez et alios. Probatur 1o ex Paulo, ubi supra, inquit: quos justificavit praedestinavit, immo effectus praedestinationis recensentur quos autem vocavit, hos et justificavit ubi nullam justificationem excipit, sed dum loquitur generatim de justificatione, sive interrupta pro statu, sive non interrupta, est effectus praedestinationis. ubi ergo Apostolus nullam excipit, nec nos excipere debemus praesertim cum ipso Apostolo sit doctrinatus, ideoque aequivalens inquit. 2o probatur quia justificatio, quae est a Deo ex voluntate efficaci conferendi gloriam est effectus praedestinationis, ut se patet: sed justificatio pro statu interrupta est a Deo ex voluntate efficaci conferendi gloriam ergo est effectus praedestinationis. probatur minor quia justificatio illa est a Deo ex voluntate efficaci conferendi gloriam, quo efficaciter conducit ad gloriam: medium enim efficax conducens ad finem est a legente ex intentione efficaci finis; sed justificatio pro statu interrupta efficaciter conducit ad gloriam; confert enim Deus gloriam praedestinatis non solum ad mensuram gratiae correspondentis dispositionem ad justificationem interruptam pro statu, sed etiam ad mensuram totius gratiae quam habent ante interruptionem ut fere omnes theologi docent agentes de reviviscentia meritorum: ergo justificatio pro statu interrupta est a Deo ex voluntate efficaci conferendi gloriam

Dices, iustificatos per gratiam interruptam non continuare ad gloriam effectum, nisi per poenitentiam recuperatam, ideoque non gratiam per partem interruptam, sed recuperationem per poenitentiam esse effectum praedestinationis. Sed contra: quia eadem saltem moraliter est gratia per partem interrupta, et per poenitentiam recuperata, tum quia vox ipsa recuperatio id denotat; est enim recuperare, redire ad idem non aliud sed ipsum, quod amiserat vel amissum fuerat. Tum quia gratia interrupta, si recuperatur eundem parit effectum gloriae, ac si interrupta non fuisset, quod sufficit, ut utraque gratia in esse morali sit eadem: sed gratia recuperata est effectus praedestinationis ut fatentur adversarii: ergo etiam gratia interrupta: alioquin eadem gratia et esset effectus praedestinationis, et non esset effectus praedestinationis, quod repugnat.

Dices 2o quia licet in iustificatione non sint interrupta et recuperatio, eadem tamen est gratia utriusque subiectum[?], sed in iustificatione ratione recuperationis, et ut recuperata est effectus praedestinationis, ut fatentur adversarii: ergo eadem gratia interrupta, licet non ratione interruptionis, neque ut interrupta est effectus praedestinationis. Probatur consequentia, quia adhuc ut praedicatum aliquod affirmetur de subiecto absolute, satis est, quod conveniat subiecto ratione alicuius formae in eodem [illegible], licet non conveniat ratione formae, quam subiectum importat expresse, et specialiter subiectum est immediate, ut patet in propositione album est dulce quantum est rate[?], quae praedicata absolute affirmantur de subiecto, licet immediate ratione albedinis non conveniat illi esse dulce, et in altera ratione quantitatis non conveniat esse rate; sed gratiae interruptae, licet non ratione interruptionis, ratione tamen recuperationis convenit esse effectum praedestinationis: ergo gratia interrupta est effectus praedestinationis.

Dices 3o quia gratia ut recuperans tum ad adversarios est effectus praedestinationis, sed ut recuperatio-

im

impetrabat efficaciter gratiam interruptam: ut recuperaret eam; et impetrabat libera, quoniam singulis momentis ablatum tollere statum gratiae, ut recuperaret: impetrabat, inquam, talia sub gratiam extremam [illegible] aliqua distincta temporis, [illegible] gratiam destinatam [illegible] pati, quod idem est, ac gratia interrupta, [illegible] reddidit, sive restituit gratiam [illegible] gratia interrupta est effectus praedestinationis siquidem gratia recuperatione effectus, quae est praedestinatio includit efficaciter ipsam interruptionem. Objicies tertio Contra, quia gratia interrupta est effectus saltem communis praedestinatio electorum: ergo talis gratia est communis praedestinatio electorum: ergo ea non distinguit praedestinatum a reprobo: Id effectus saltem com. non est effectus saltem partis qualis est praedestinatio, quod gratia interrupta non est effectus praedestinationis. 2o quia effectus praedestinationis, qui non est gloria, qualis non est gratia interrupta, conducit efficaciter ad gloriam, sed gratia interrupta non conducit efficaciter ad gloriam, imperabat et pati, quod est impedimentum ad gloriam quod gratia interrupta non est effectus praedestinationis. 3o quia effectus praedestinationis sunt series continuata mediorum, quae praedestinatus, quae via recta tendit efficaciter ad gloriam, sed gratia interrupta non spectat ad seriem continuatam mediorum; sed potius ad eam seriem discontinuat interruptione pati quod gratia non est effectus praedestinationis.

4o: quia gratia Adamo Collata in statu innocentiae, eaque per pati interrupta non fuit effectus praedestinationis Adami, nisi solum ut recuperaretur, idea non est gratia aliquorum hominum quod gratia per pati interrupta non est effectus praedestinationis efficaciter mali, quia talis gratia fuerat ab effectus praedestinationis Adami, hic non fuisset praedestinatio ante merita Christi.

siquidem propter non fuit destructum, nisi post peccatum actuale patris Adami, et in remedium illius; ideo sic talis gratia fuit effectus praedestinationis Adami, quia ista est, quae exat praedestinatum et Christi non per merita Christi; sed praedestinatio aliorum hominum est per merita Christi, ut fatentur omnes: ergo gratia Adamo collata in statu innocentiae, et ininterrupta solum et remuneratam est effectus praedestinationis Adami.

Ad primum replicationem distinguo maiorem, gratia ininterrupta in Christo concedo; gratia talis ininterrupta, et propria praedestinati, nego: haec enim non est Christi praedestinato, et reprobo: conducit enim efficaciter ad gloriam; dum remuneratam, quae ratione distinguit praedestinatum a reprobo, ut saepius superius dicebamus distinguendo in responsione ad primum argumentum = Ad minorem concedo maiorem et distinguo minorem: gratia ininterrupta non conducit efficaciter etc. in sensu composito ininterruptionis, concedo; in sensu diviso, nego: cessante enim interruptione et adveniente perseverantia in gratia conducit efficaciter ad gloriam.

Nec hinc sequitur, gratiam ininterruptam, sive eam, quae interrumpitur, dari, et tamen ininterrupta non esse effectum praedestinationis: tamen enim oritur a voluntate praedestinativa ad gloriam, et ad gratiam; et licet in instanti praecedenti in quo non, sed etiam in quo remuneratam conjungitur cum perseverantia in gratia finali, conducit efficaciter ad gloriam, quod sufficit ut sit effectus praedestinationis, ut in gratia ininterrupta, ut patet; quae cum est adversarios est effectus praedestinationis, licet non in instanti conjungitur cum gloria sed solum pro illo in quo conjungitur cum perseverantia finali, et sufficienti pro statu pertingat.

Ad secundum nego maiorem, sive fuerit enim aliquis effectus praedestinationis esse continuatum seriem, solum enim sint, qui a voluntate praedestinativa oriuntur et efficaciter conducunt ad gloriam; quem admodum effectus Christi tales sunt illi sunt, qui ab ea oriuntur; sive aliunde sint continuata serie, sive non; cum ergo gratia ininterrupta oriatur a voluntate praedestinativa et efficaciter conducat

in

in gratiam, unde est, esse effectus praedestinationis, etiam non convenit cum aliis ejusdem effectibus.

Ad 3um nego majorem; ad cujus probationem, nego majorem: quamvis enim fuerit delectus ante praevisionem absolutam peccati Adami, in ordine divinorum attributorum, praevisionis scientiae, potentiae, et bonitatis, non tamen fuit delectus ante eandem praevisionem in lapsu Angelorum, et hominum quoad merita, quo merita, quae eduxit per opera independentia a speciali auxilio charitatis, meruit, inquam, Angelis gratiam esse, et hominibus in parentibus gratiam status innocentiae post quam peccati absolutam praevisionem delectus fuit in carne passibili in remedium peccati.

Sectio 5a

Vocatio est effectus praedestinationis

Nomine vocationis intelligimus illustrationem, qua venimus ex parte intellectus, et pias affectiones ex parte voluntatis, quas communiter appellamus gratiam actualem praevenientem, quam esse praedestinationis effectum communis est theologorum sententia contra S. Bonav. et alios. Quod 1o probatur ex Paulo supra citato, quos autem praedestinavit hos et vocavit; ubi vocatio ponitur inter effectus praedestinationis; ergo est effectus praedestinationis.

2o probatur quia vocatio sit in vocatum justificandi et glorificandi: est medium ad utrumque finem; medium autem tale est effectus voluntatis efficacis finis, sed voluntas justificandi et glorificandi est praedestinatio, ut supra dictum est, ergo vocatio est effectus praedestinationis. Alias est effectus praedestinationis quod sit in praedestinatis. Probatur 3o quia voluntas ipsa vocandi est praedestinatio, dicente Aug. praedestinatio est praescientia et praeparatio beneficiorum quibus certissime liberantur quicumque liberantur; eam autem liberationis incipit a vocatione, ergo haec est effectus voluntatis efficacis vocandi. Hoc est ut patet effectus esse tum ... ergo vocatio

ē effecꝫ prædestionis

Iā sic dicꝫ 1° q° effecꝫ prædestinationis n̄
reprobat° sine prædestinatione, alioquī effecꝫ reprobationis sine la, ideo
reprobat° sine prædestinatione. reprobat° ꝫ in reprobos p° illud multi
sūt vocati pauci v° electi. 2° q° vocatio n̄ ē effecꝫ prædestinationis. 10 q° vocatio
ē communis prædestinatis et reprobis, ideoq(ue) etiam reprobis vocatio
cum 2° oriri a la utriꝗ communi quali ē qui de signaliꝫ
n̄ v° a la particulari quali ē prædestinatio. 3° q° vocatio n̄ influit
in glam, n̄ ꝫ illi conexiꝫ, cum Beati n̄ vocent: ḡo n̄ ē effecꝫ
prædestinationis: hic ꝫ s. glā s. influens in glam.

Vel seq(ui)tur videlicet
ma(te)riꝫ et dicendo maꝫ. vocatio reprobis est ea, quæ ē effecꝫ prædestinationis,
necnon hæc ꝫ conducit efficaciter ad glam, qualis n̄ conducit vocatio reprob(orum);
vocatio alia vidēdo, q(uia) n̄ conducit efficaciter ad glam, quæ ē effecꝫ
voluntatis alicꝫ, qua Deus hic vult manifestare suam sapiam et pōtē
vberes n̄ solum vocationes prædestinatorum, sed etiam reproborum, ad eam
videlicet, et dicitur com(muni)s, oriri a la utriꝗ communi, reprobus
vocari communis utriꝗ, videlicet; cum reprobus particulariter talis vocationis
nego: cum particulariter ꝫ prædestinatis vocatio prædestinati, et conducentes
efficaciter ad glam oriri a prædestinatione.

Ubi notandum est solutione huiusce
argumenti, quod communis ē, cū ex sola effecꝫ prædestinationis, hanc
argumentationem esse illegitimam, effecꝫ rite ē communis prædestinatis et reprobis
q° sit a la utriꝗ communi, et n̄ a la propria quæ sit prædestinatis particu-
lariter prædestinati, sed ꝫ effecꝫ communis duplici [illegible], n̄ sit
a la, quæ sit physica communis utriꝗ [illegible], sed a la particulari quæ
ē in quolibet [illegible], ut patet in calefactione, quæ ē effecꝫ communis
[illegible]

igni, Soli, et aliis agentibus, et non nisi opus, seu Causa Immunitionibus Calefacientibus, sed opus gratia Solis, ignis, et aliorum: potentiae quo effectus immunis praedeterminatio, et necessario ordinario opera determinatae, tanquam alaqua passiva, et sicut, ab alia Causa, quae specialis sit in necessario S. et illius specialis vocatur

Ad quod dicimus actum volun non influere singulari physico modo, moraliter, negotio: influendo in bonitate ad infallibilitatem, et in meritis augmenti infallibilitatem, quorum ratione cum potentia finali influunt singulari. quod satis, ut moraliter volitio influat singulari, et ei moraliter cooperatur, sine cuius moralis cooperationis Beati, etsi non physice, moraliter con vocant.

Ego dicitis infero cum P. Vasq., Valentia, Alarcon, et aliis quam plurimis granadinis et aliorum praecipuis Thomistis, volitionem inefficacem non esse effectum praedeterminationis. probatur quo decretum effectum praedeterminationis si gratia non sit, est quod effectum conducat ad gloriam, sed volitio inefficax ad gloriam effectum non conducit: volitio ergo tantum conducit effectum ad gloriam quatenus efficit actum, ad quem volat, quem volitio inefficax non efficit non efficit, alioquin inefficax non esset ergo talis volitio non est effectus praedeterminationis

Confirmatur, quia sola illa beneficia quae Aug. sunt effectus praedeterminationis quae certissime liberant quicumque liberantur, sed quod volitio inefficax nullum certissime liberat, immo nec liberat, ut patet in ratione parvulo in arcturo mortis inefficax ad peccatorum volitio quoniam nullum liberat alioquin sine peccatis salvarentur ergo volitio inefficax non est effectus praedeterminationis.

Dices, volitionem inefficacem in praedeterminato esse effectum praedeterminationis, et conducere effectum ad gloriam

quatenus in eo est maior gratitudo pro tali beneficio, et maior humilitatis, quatenus se eam cognoscit praedestinatum prae aliis imbecillitas, pro cuius vocationi non respondet; et est maior poenitentia quatenus omisit actus, ad quos illa vocabat: multis gratiarum gratitudinis, humilitatis et poenitentiae, vocationes inefficaces in praedestinato conducunt effectus ad gloriam

Ad tertium dico quod licet verum sit, plures vocationes inefficaces esse motivum gratitudinis, vel humilitatis, et poenitentiae ut ipsa experientia probat, praecipue in hominibus suae mediocritatis confusione, et super huiusmodi vocationes reflexionibus; innumeri tamen sunt, qui super eas non reflectunt, pro illis gratias non agunt, non sumunt inde motivum se humiliandi, nec poenitendi, sed deinde poenitentia depeccati in morte ... non gaudent nec de talibus vocationibus cogitant, quales sunt plerumque qui communem vitam ducunt, nec peculiariter perfectioni incumbunt, quibus interea ut illiterati, quae tales vocationes vix in mentem veniunt: ac denique illi qui in articulo mortis subito iustificantur, quae vix supersit tempus poenitendi depraeteritis illis: ergo huiusmodi vocationes utiles non sunt effectus praedestinationis

Quod si dicas, eas has vocationes in patria cognosci a Beatis in verbo, sive quod idem est in Deo, ibique esse eis materiam actionis gratiarum, propterea esse effectus praedestinationis. Contra est, quia esse in patria materiam actionis gratiarum non satis est ad effectus praedestinationis: alioquin ipsa damnatorum esset effectus praedestinationis: est enim Beatis in patria materia actionis gratiarum, eo quod Deus Beatos a reatibus liberaverit.

Immo et cuius habet Beati finalis Beatitudo esse effectus praedestinationis

oium

oium aliorum: Cuiuslibet q Beatudo alijs Beatis mo ē Deum laudandi, quod implicat; dantur q inter oes praedestinos et Beatitudines mutua Caritas ineodq genere Cq finalis: ipsaq Cuiuslibet Beatudo et praedestinatio ppta est, ut eiusq alijs est mo laudis: qo volas inefficas eē insatiabia mo aubiend gratiarum s. laudis, n tam ē ut sint effus praedestinae.

Neq obstant

ipm Paulus eq volas effas et inefficas; inter effus praedestinae posuisse dicendo quos autem praedestinavit, hos et vocavit. Cum eq volas inefficas habere aliquem effum, cor hois emoliendo, et ad iustificas praeparando. 3um volas eq in praedestinato eē mag gratitudinis, et olas humilitatis et pniae. 4um eq insatiabiae eē mag gratiarum aubiend. 5um, diligentibus Deum oia cooperari in bonum ubi cum Aug. oiam praedestinatorum patos intelligunt. 6um primis pati, quatenus ordinat ad humilitatem s. poenitentiam eē effum praedestinati.

Non, inquam, obstant, n tum qa Paulus solum loquitur de volae efficati, et effas in gloriam ordinante, ut pet ex ctextu: subdit eq, quos autem iustificavit, illos et glorificavit. n cum, qa hi oi volae cor emoliat, et praeparat ad gram, n tn oia effae emolit, nec praeparat ad gram, nec ordinat effae ad glam, qua requirit ad effum praedestinae. n 3um quia vidimus, n eq volas eē sinulem mag. n 4um quia diximus eē talem mag n sufficere ad effum praedestinae.

Non quidem qa hs oia

restringit ipse Paulus adeo, quos statim subdit, sit praedestinatos, praeparos, glorificas, iustificas, et volas effas, quibus oia dicit cooperari in bonum. diligentibus Deum, sit praedestinatis; n vo alia de

dum quia non agebat, neque ad rem erant. Dixit vero Aug: peccata etiam ibi intelligi, quia etiam sunt cooperantia in gloriam, quatenus sunt materia poenitentiae, quae efficaciter conducit ad gloriam; infectus autem volus non est, ut magis abunde videtur efficaciter conducere ad gloriam constat ex nunc dictis.

Non bene, quia ut ibi dicitur per ministerium gratiae conducunt efficaciter ad gloriam, media humilitate scilicet poenitentia; voluntas autem, quas nos rejecimus ab effectibus praedestinationis non conducunt efficaciter ad gloriam. quare si in nullo hominum volumus infectas tales obtinere et ut media poenitentiae, gratitudinis, scilicet humilitatis in praedestinato, conducant efficaciter ad gloriam, tales voluntas erunt effectus praedestinationis illius, in quos efficaciter sic conducunt, tales autem sunt in praedestinatis tunc ex affluentibus, indeque accipientibus occasionem salubriter operandi per humilitatem, gratitudinem, scilicet poenitentiam.

Quaestio 2a

An sint a nobis praedestinati, proprietates illius et actiones naturales sint effectus praedestinationis.

Sidere, an primus praedestinatus producatur a Deo cum intentione efficaci perducendi eum in vitam aeternam, et cum eiusdem intentionis ordine conducant bonam indolem, et ingenium, avertendo possunt illum a peccantibus omnino proprio, debite abeunde et a magistro e dulcore proprio deprivativa sententia e communi cum Scotistis, Thomistis, et Scotistis. Pro nativa stant Vasqu. Bellar. Conton et alij.

Sectio 1a

Subjecta hominis praedestinati, proprietates illius et actiones naturales sunt effectus praedestinationis.

Probatur

Probatur, quod … Deus esset vi voluntatis predestinationis sive conducendi subiectum in vitam aeternam est effectus predestinationis: sed Deus vi voluntatis conducendi primus … in vitam aeternam esset subiectum ipsius; conferre illi bonam indolem, et ingenium ac tandem docentem, eundemque … et amici et educare parentes et magistros, quae haec omnia sunt effectus predestinationis.

Probatur maior ad efficientiam subiecti primi; quia voluntas conducendi primus in vitam aeternam est voluntas efficax, idque causativa, et effectiva primi dicti sed obiectum illius non solum est gloria verum etiam ipse primus, sive quia est voluntas conducendi primus in vitam aeternam, sive etiam quia non est voluntas distributiva cuius … illius vitae aeternae; sed debeat conferendi … quod Deus vi voluntatis conducendi primum in vitam aeternam esset subiectum ipsius primi.

Probatur minor quia ad collationem ingenii, et bonae indolis et quia ad … , et educationis, quae voluntatis efficacis finis, sunt … media, quae efficaciter conducunt ad finem. haec est enim intentionis efficacis, … determinare agens ad applicationem et positionem mediorum efficaciter conducentium ad finem; sed bona indoles, ingenium, …, et educatio primi sunt media efficaciter conducentia ad conducendum primus in vitam aeternam … mus est … defectu primus conducit, ne alter sui primus … conducendum: quod haec omnia esset Deus vi voluntatis conducendi primum in vitam aeternam.

Dices, Deum per providentiam naturae … voluisse conducere … quam defectu conducit, illisque voluisse conferre … proprietates et accidentia media, quae conducit deinde … voluntate per providentiam supernaturalem … predestinationis, … voluntate

singulis, quibus inesse vitam aeternam et auxilia sufficientia ad eius consecutionem. 3° tandem voluntas effectiva praedestinationis vitam aeternam et auxilia efficacia ad eam, et sic gratiam quae est gratia praedestinationis bonum: unde patet, inter praedestinatos, proprietates eius, et alia naturae esse effectus providentiae naturalis, non praedestinationis, quae ea omnia supponit a Deo effective volita et extra causas posita.

Ad 2a et 4o, quod aspiciendo obiectum providentiae naturalis cum obiecto praedestinationis ut sic, haec ratione finis, illud vero ratione medii; ideoque Deus has creavit, non ut talibus tanquam fine ultimo frueretur, sed ut uteretur illis tanquam mediis in ordine ad consecutionem gloriae, quae est finis, ad quam homines destinavit: sed regulariter prior est intentio effectus finis, quam electio mediorum ut diximus disputatione 1a quaestione 4a sectione 12a, ergo prior est praedestinatio, quam providentia naturalis, prior inquam esse praedestinatorum.

Ad 2o: quod licet providentia naturalis quoad praedestinatos, licet sit praedestinatio sine quae libera Deo, et utraque possit seorsim mediis sine fine dici, providentia naturalis esse prioris praedestinationis, quod sit effectus providentiae naturalis sine prioris in executione, effectibus praedestinatorum, nil probat quoad ordinem intentionis, ut patet in voluntate volendi, et iustificandi, quorum effectus licet sint priores effectu voluntatis glorificandi, voluntas tamen haec in intentione est prior voluntate iustificandi, et volendi: quod licet absolute praedestinatio sit de fine praedestinati, providentia vero naturalis eiusdem sit de mediis, prior est esse praedestinatorum praedestinatio, quam providentia naturalis.

Ad 3o quod licet Deus habeat voluntatem effectivam conferendi gloriam praedestinatis, frustra tamen in ea voluntas inesse videtur conferendi gloriam supplevit, et voluntas inesse finis, ubi adest voluntas efficaciter

dupa autem necessaria, quorum conferunt praedestinationem non oriuntur a voluntate conferendi gloriam omnium praedestinatorum et rep[ro]b[orum], sed a voluntate speciali quadam velle specialiter ostendere suam potentiam, clementiam s. etiam a voluntate conferendi illam gloriam praedestinato; ergo non est in Deo praedicta quaedam supernaturalis communis praedestinato et reprobo [et] aliis praedestinatis. Dixi praedicta et aliis: quia forte sunt in Deo alii actus amores comitantes, s. subsequentes praedestinationem, qui sunt communes praedestinato et reprobo; quod modo non disputo.

Dico 4.° quia plerumque quae sunt prima in executione, ea ultima sunt in intentione; et illud quod est prius in intentione est ultimum in executione, ideo gratia et actio naturalia homini praedestinati sunt priora in executione, quam supernaturalia. Sic ergo homo, causa s. subiectum quod supernaturalia sunt priora in intentione quam naturalia et Deum est prior in Deo praedestinatio, quam quaedam naturalis prior, in quantum in intentione, illa est de supernaturalibus; haec autem de naturalibus.

Sectio 2.a

Resolvitur dicta resolutionem

1.° quia mors Christi est causa totius nostrae praedestinationis, ut diximus disputatione 2.a q. 2.a, sed non est causa subiecti hominis praedestinati bonorum illorum ingenii s. indolis: etenim, verba sunt Vazq.; corporis non fuit ullus ut haec conferrentur, sed ut nimirum mortuus est, ut sustinuerit ergo subiecta hominis praedestinati quae conveniunt, et actio naturalia illius non sunt effectus praedestinationis. Confirmatur 1.° quia effectus praedestinationis debet esse supernaturalis aliogn erit effectus quidem naturalis et non supernaturalis, qualis est praedestinatio: sed subiecta praedestinati bona indoles, et ingenium sunt quid naturale ergo non sunt effectus praedestinationis. Confirmatur 2.°, quia praedestinatio est gratia, sed bona debita non sunt, sed effectus praedestinationis debet esse gratia

è q. praedestino praeparao gratiae et beneficiorum illa quae praedicta
nō sit effectus praedestinationis

2° Arguitur quia Aug. contra Pelagianos
ex vna parte posuit praedestinationem, et ex illius effectus, qualis sunt
gratia et gloria, ex alia vero naturam corporis illius proprietates et actio
sed nos inter effectus praedestinationis ponimus naturas eius proprietates
et actio: ergo contra Aug. nam cum effectibus praedestinationis confundimus

hac doctrina facile se expediunt Pelagiani ab argumento Aug. 3° quia
arguunt et ipsi contendunt quod contra Pelagianos hoc viribus non non possit
esse causa totius suae praedestinationis: ad quod facile patet, id verum
esse, quia ipsa natura e effectus praedestinationis, cum eius non ho non possit esse ca
nec causa praedestinationis sui respectu ad nos, sed absurda e doctrina
qua haereticis facile se expediunt ab argumentis Patrum et Theologorum
ergo praedicta doctrina e absurda.

4° quia habita ratione bona
illius indoles, et religio illius proprietates, et actio nobis sunt
effectus providentiae naturalis: cum quia hic sunt communia praedestinato
et reprobo: cum etiam quia non hoc in praedestinato sint effectus providentiae
naturalis, nil refert in praedestinato, quod sit effectus providentiae naturalis
quod e absurdum. alioquin providentia naturalis non vestitabitur circa prae-
destinationem quod non sit effectus praedestinationis, separata a sunt ab hac, quia
supponunt providentiam naturalem.

Dices ad primum concedendo maiorem, et distinguendo
minorem non e causa subjecta ipsa cum se rendo, ut hic effectus condi-
tionibus conjunctis et gloriae, negando: maiorem quod ipsi e causa subjecti ut est
subjectum conjunctis et gloriae, religionis vero ut conducunt
meritis gratiae physice, concedimus ad conjunctionem gloriam: ut causam causa
non sit causa se, et ut propterea conducunt ad finem naturae: quod
solum intendit Aug. sit ergo motivum esse non ex illis, ut prae-
cise hoc conducunt, motivum non esse ex hoc ibus, ut subjecta sit conjunctionis

et

et glorificat.

Ad 1um confirm. distinguo maiorem, effectus praedestinationis immaterialis debet esse supernaturalis, concedo; materialis, nego, hic enim potest esse natur.: cum enim homo qui effectus est natur., ordinetur immediate a providentia natu. qua Deus vult homines creari, potest a Deo creari, et defendi creatur in ordine ad consequendam vitam aeternam, cuius intentio praedestinatio est, inde est, effectus materialis praedestinationis potest esse natur.

Ad 2um concedo maiorem et distinguo minorem effectus immaterialis praedestinationis debet esse gratuitus, concedo; materialis, nego; nec obstant verba Aug. ibi intimata: loquitur enim de praedestinatione quatenus respicit suos effectus immateriales et principaliores; non vero quatenus respicit materiales seu minus principales, quales sunt effectus naturales qui scilicet non oriuntur immediate a praedestinatione, sed a providentia natur., scilicet sunt effectus minus principales praedestinationis.

Ad argumentum Vasquez respondetur Aug. ex una parte ponere praedestinationem et causas eius effectus immateriales et principales, quales sunt gratia et gloria, exaltare et praeponere naturae, cum sit illius superior et actio, quam cum nos non ponamus ex parte effectuum immaterialium et principalium praedestinationis; sed ex parte effectuum materialium et minus principalium, ideo Aug. naturam cum effectibus praedestinationis non confundimus.

Ad 3um nego maiorem. argumentum enim, et concedunt PP cum Aug. de Pelagianis hominem non posse esse causam totius suae praedestinationis quantum ad effectus immateriales illius includendo primam gratiam actualem, cuius oppositum asserebat Pelag. quare si Pelagianus diceret hominem non posse esse causam totius suae praedestinationis quantum ad effectus materiales includendo seriem ipsius praedestinati verum diceret, quod PP non negant, nec disputant, immo supponunt.

solum quod est illius intentio cum Pelagio de effectibus immanentibus praedestinationis, quales sunt gratia et gloria, an vero dicit post praedestinationem esse causam solis naturae viribus.

Ad 4um dico antecedens. Sit quod effectus immanens quidem natus, et distinguo consequens non sit effectus immanens praedestinationis concedo; non sit effectus malus, nego. nec fas est sit immanere a quodam natura, quod male sit a praedestinatione: praedestinatio etiam per modum intentionis vult efficaciter gloriam praedestinato: cumque ad hoc nec sit sufficiens praedestinatio, quidem natus vult efficaciter per modum electionis et executionis talis conducentia, non autem fieri facultas immanere ab executione, quod male sit abinventione, et electione ut vitari in omnibus actibus inveniendis electionis et executionis.

Quaestio 3a

An permissio peccati in praedestinato sit effectus praedestinationis illius.

Affirmativa sententia est communis Thomistarum et Scotistarum quos sequuntur P. Suarez, Arriaga, Ripalda et alii. Negativa vero defenditur a P. Vasquez, Vellano, et aliis. Dividuntur vero DD affirmativae sententiae quidam Thomistae et Scotistae affirmant esse effectum praedestinationis ex motivo permissionis, quod sentit Arriaga. P. vero Suarez affirmat, solum esse effectum praedestinationis ex motivo humilitatis, non vero ex motivo permissionis.

tandem P. Herice negat esse effectum praedestinationis ex motivo permissionis, sed etiam humilitatis de potentia ordinaria, affirmat solum posse esse effectum praedestinationis de potentia absoluta et ex motivo humilitatis; si vero Deus de potentia absoluta aliquam vellet facturus eius permissionem peccati: hic enim talis permissionem humiliorem humilitate efficaci conducenti ad vitam aeternam et intendenti operatio quod satis est ut talis permissio sit effectus praedestinationis

Sectio 1a

Permissio peccati in Reprobis destinatae est effectus praedestinationis

Ante omnem conclusionem suppono permissionem peccati duplicem posse considerari, scilicet activam sive actum divinae voluntatis, quo Deus vult permissionem peccati. Secundo passive sive ut talis actus, qui non permissio passiva peccati duo involvit, scilicet negationem auxilii efficacis ad declinandum immediate peccatum; et auxilium sufficiens ad posse mediate declinare peccatum, quolibet ex his praedictis ablato non intelligitur habere permissio passiva peccati; quae amplius non requirit, ut utrumque involvat permissio passiva peccati non quomodolibet, verum etiam efficaciter.

Si igitur Deus ex intentione efficaci conducendi praedestinatum in vitam aeternam, vellet permissionem passivam peccati procul dubio permissio passiva erit effectus praedestinationis, quod si sic non velit, id ergo id repugnat; sed ergo aliunde sic liberae non vult permissionem passivam peccati, haec non erit effectus praedestinationis. Permissio, inquam, passiva, quoniam permissio activa cum sit actus divinae voluntatis, tolum potest esse moralis effectus praedestinationis, quatenus est electio medii efficacis conducentis in vitam aeternam, quae vita finis est efficacis intentionis praedestinationis.

Igitur probatur conclusio, quia medium efficax conducens ad consecutionem finis est effectus intentionis efficacis finis: uti ex intentione efficaci proveniunt media efficacia conducentia ad consecutionem finis; sed permissio peccati est medium efficax conducens ad consecutionem finis efficaciter intenti per praedestinationem ergo permissio peccati est effectus praedestinationis.

Probatur minor, quia poenitentia producta finalis est medium efficax conducens ad gloriam, quae est finis efficaciter intentus per praedestinationem, ut constat ex scripturarum testimoniis, in quibus poenitenti promittitur gratia Dei, vita aeterna, regnum caelorum et similia; sed permissio peccati in praedestinato est medium efficax conducens

ad poenitentiam, tum quia poenitentia, non potest esse sine gratia patientis; tum quia in praedestinato non est primo patientis, quam infallibiliter non sequatur poenitentia conducens effectus in vitam aeternam: ergo primo patientis est medium effectus conducens ad consecutionem finis effectus intenti per praedestinationem

Confirmatur primo quia ad hoc ut aliquid sit effectus praedestinationis, satis est, quod saltem mediate conducat effectus in vitam aeternam, ut patet in vocatione, et iustificatione per gratiam interrupta, quae solum mediate effectus conducunt in vitam aeternam, mediante perseverantia et poenitentia in gratia finali, sed primo patientis saltem mediate conducit effectus in vitam aeternam, mediante poenitentia finali ergo talis primo est effectus praedestinationis

Confirmatur secundo quia dum Deus sibi intendit gloriam praedestinato, et ante absolutam praevisionem meritorum, eam intendit Deus aequaliter gradus et singulos gloriae correspondentes omnibus et singulis meritis; ac ex praedicti gradus hinc ratione finis: sed quidam gradus gloriae correspondent meritis poenitentiae ut patet quia hi, et omnes gradus intendit Deus ante praevisionem absolutam poenitentiae: ergo et poenitentia est effectus huiusmodi intentionis, quae praedestinatio est medium non effectus conducens ad consecutionem finis effectus intentionis finis

Et quia eo ipso primo peccati est effectus voluntatis efficacis poenitentiae sicut et poenitentia gratia requirit, et est medium ad consecutionem gradus beatitudinis dependentis a poenitentia, sicut primo patientis praerequisitum et est medium ad consecutionem poenitentiae dependentis a primo peccati: ergo dicto adultimum primo patientis est effectus praedestinationis, quamvis velle poenitentiam est effectus voluntatis efficacis gloriae, et primo peccati est effectus voluntatis efficacis poenitentiae

quod arguimus et confirmatur probant, non solum de potentia absoluta, si velle Deus remittere praedestinato primo patientis, verum etiam de potentia ordinaria, et nulla facta remissione primo peccati esse effectus praedestinationis. quoniam tam de potentia absoluta quam de ordinaria, facta sive non facta remissione, primo patientis, hoc est medium effectus conducens ad poenitentiam, et poenitentia est medium effectus conducens ad gloriam, in quo praecipue

stat eam esse praedestinationis effectum.

Probatur etiam non solum esse effectum praedestinationis, ex motivo s. intentione humilitatis, alteriusve virtutis, verum etiam ex motivo poenitentiae, quoniam permissio peccati non solum efficaciter conducit ad gloriam ex motivo alterius virtutis, verum etiam ex motivo poenitentiae, imo nunquam efficaciter conducit ad gloriam, nisi cum illa coniungitur, nisi accedente poenitentia: ergo est effectus praedestinationis non solum ex motivo humilitatis, alteriusve virtutis, verum etiam ex motivo poenitentiae.

11 Dices, disparitatem esse inter permissionem peccati ex motivo poenitentiae, et eandem ex motivo humilitatis s. alterius virtutis: quoniam ex motivo poenitentiae ipsa connectitur cum peccato: ideoque amans illam efficaciter ex tali motivo, amat et peccatum, quod repugnat Deo; at ex motivo humilitatis s. alterius virtutis ipsa non connectitur cum peccato: ideoque efficaciter amans illam, non amat peccatum, propterea ex tali motivo potest permissio peccati amari a Deo et esse effectus praedestinationis non vero ex motivo poenitentiae.

Contra:

quia humilitas s. quaelibet alia virtus, cuius materia, seu obiectum sit permissio peccati non minus connectitur cum peccato, quam poenitentia, et adhuc potest a Deo amari permissio peccati, ex motivo talis virtutis quin Deus amet peccatum ergo et poterit amari a Deo ex motivo poenitentiae quin Deus amet peccatum: probatur minor, quia quaelibet talis virtus praesupponit cognitionem certam permissionis peccati, nec quicquam humilitatem praeviam alia ... certo permissionem peccati, nisi certo sciat aliquem permissum peccare.

Probatur Cognitio certa permissionis peccati ipsa connectitur cum peccato nec quisquam certo cognoscit permissionem peccati, nisi quando certo cognoscit ipsum peccatum; cum nemo permissionem peccati nisi ipsa cognita, videlicet in peccato ergo humilitas s. quaelibet alia virtus cuius materia sit permissio peccati non minus connectitur cum peccato, quam poenitentia

Prob., Cognitio enim permissionis peccati de potentia or-
dinaria connectitur cum peccato, quia ea requirit naturaliter tam, uti certo
cognitum peccatum; at de potentia absoluta, non connectitur cum peccato quia potest
Deus supernaturaliter alicui revelare permissionem peccati ante ad peccatum, qua re-
velatione posita, cognitio permissionis peccati non connectitur cum peccato, ideoque de
potentia absoluta permissio peccati potest esse absque praedestinatione, non vero de potentia ordinaria
propter inquam, ex motivo humilitatis seu alterius virtutis excepta permissione
... necessario connexa permissionis cum peccato.

Dico 2.º quod permissio peccati, sive
sit ex motivo humilitatis, sive prudentiae, sive cujuslibet alterius virtutis
sive de potentia ordinaria, sive de potentia absoluta, semper connectitur cum peccato
ergo si connectitur tum de potentia ordinaria cum peccato ex motivo humilitatis
seu alterius virtutis obstat, ne de potentia ordinaria sit absque praedes-
tinatione, eadem connexio obstabit, ne de potentia absoluta sit absque praedes-
tinatione.

Probatur antecedens quia haec est legitima argutio dat permissio peccati
ergo datur peccatum: alioquin aliquando conjungerentur permissio peccati et non peccatum
quod falsum est et in ipsis terminis implicans, sed non esset legitima argutio
ac quale hic est permissio peccati connectitur cum consequente, quale hic
est peccatum ergo permissio peccati ex quocunque motivo et de qualicunque
potentia connectitur cum peccato.

Cum vero ergo permissio peccati in sta-
tu futuro importare propensionem ad malum peccati, quae tamen non connectitur
cum tali malitia peccati subsequenti ratione ad malum, quo cum conne-
ctitur immediate proximo. Consequentia vero evidentiam, importare futurum
contrarium peccati, et etiam connexionem illam cum voluntate praemovendi ad
id, sed quo dato ... est peccatum, quae nunc sub nequit
stare sine peccato: permissio ergo peccati ex quocunque motivo, et de qualicunque

potentia
conne-

conjuncta cum pecto

Sectio 2a

Arguitur Contra Scripturas ??? Alvez

1o quia conducentia ad gloriam media poenitentia non tamen est ut aliquis sit affectus praedestinatus ut per incarnationem, quod media poenitentia conducit ad gloriam, nec tamen est affectus praedestinatus: sed permissio peccati solum media poenitentia potest conducere ad gloriam: quomodolibet enim se habeat permissio peccati semper conjungitur cum peccato, sine cujus poenitentia numquam dabitur gloria ergo permissio peccati non est affectus praedestinationis. Confirmatur quia magis est conducentia peccati in poenitentiam, quam permissionis: est enim poenitentia de peccato, non vero de permissione peccati, sed non obstante hac majori conducentia peccatum non est affectus praedestinationis ergo nec permissio peccati.

2o arguitur quia quod nihil est nullius causa potest esse affectus: affectus enim aliquid est, ut potentiam Calvinistarum et effectuum sed permissio peccati nihil est; est enim non dare gratiam efficacem in illis circumstantiis in quibus ille ea faceret, peccatum non esset: ergo permissio peccati non est affectus praedestinationis. Confirmatur 1o: quia affectus praedestinationis gratia est, sed permissio peccati gratia non est; est enim substractio, sive non datio gratiae efficacis ergo non est affectus praedestinationis. Confirmatur 2o, quia permissio peccati affert solum impedimentum gratiae et gloriae afferre enim peccatum quod utrumque impedit, sed quod affert impedimentum gratiae et gloriae gratia non est ergo permissio peccati gratia non est et consequenter neque affectus praedestinationis.

3o arguitur, quia si permissio peccati ex motivo poenitentiae esset affectus praedestinationis, Deus ante praevisionem absolutam peccati intenderet affectum poenitentiae, et inde ad quam, tamquam medium utile, eligeret permissionem peccati, ut nos fatemur: sed Deus ante absolutam permissionem peccati nequit eligere permissionem peccati tamquam utile ad poenitentiam ergo permissio peccati ex motivo poenitentiae non est affectus praedestinationis

Probatur minor quia utilitas permissionis peccati movere ad poenitentiam dependet ab illo; sine hac enim permissio peccati nihil valet ad poenitentiam, et neque ea sola prodest cum mera permissio, sed Deus nequit velle aut eligere peccatum ergo ante absolutam praevisionem peccati nequit eligere permissionem peccati, tanquam medium utile ad poenitentiam.

Confirmatur 1o. quia amans efficaciter finem necessario amat medium per se requisitum ad finem sed ad poenitentiam est medium per se requisitum peccatum; poenitentia enim habet rationem displicentiae: ergo si Deus vellet efficaciter poenitentiam ante praevisionem absolutam peccati necessario amaret peccatum. Confirmatur 2o quia amans efficaciter finem taliter gaudet de existentia medii per se requisiti ad finem sed Deus nequit gaudere de existentia peccati ergo neque amare efficaciter poenitentiam ante praevisionem absolutam peccati.

Confirmatur 3o quia repugnat aliquem efficaciter amare finem et serio prohibere medium simpliciter necessarium ad talem finem sed Deus serio prohibet peccatum, quod est medium simpliciter necessarium ad poenitentiam: ergo repugnat, Deum efficaciter velle poenitentiam ante praevisionem absolutam peccati. Confirmatur 4o: quia irrationale est, medicum intendere efficaciter medicinam ante morbum, et hunc permittere ex intentione efficaci medicinae ergo et a pari ratione, Deum intendere efficaciter poenitentiam quae medicina est ante peccatum, quod morbus est, et permittere peccatum ex intentione efficaci poenitentiae.

Arguitur 2o quia si permissio peccati esset effectus praedestinationis posset a Deo peti, ideoque posset quis Deum orare ut sibi permitteret peccatum, quia ad Deum potest orare pro reliquis effectibus praedestinationis: sed stultum esset petere a Deo permissionem peccati: nam est oratio permissionis peccati cum petitio, quam cuilibet orationi prandi, quia nequit peti a Deo; eam potius docemur dicere Et ne nos inducas in tentationem: ergo permissio peccati

peccati non est effectus permissionis.

Ergo Deus imprudenter quis permitteret maius malum propter obtinendum minus bonum: Consequentia patet, Minor probatur, et quia liber alio virtus est minus bonum, peccatum autem maius malum: est malitia eius infinita, et talis est species ob bonitatem Creatoris quod ex motivo nullius virtutis praestet permissio peccati ad effectum permissionis: aliqua Deus imprudenter permitteret maius malum propter obtinendum minus bonum.

Sectio 3a

Respondetur ad Argumenta.

Ad primum dico maior conveniens ad gloriam media permissio ita est ut tamen sit et permittere concedo; sed cum aliis conditionibus necessariis ad effectum permissionis, nego. Una autem ex conditionibus ad effectum permissionis est, quod talis effectus sit a Deo intentus, per ordinem effectus: cum ergo permissio peccati sit effectus ordinis Dei, non vero peccatum: hinc est convenientia permissionis peccati in gloriam sufficere, ut permissio sit effectus permissionis, non vero peccatum. Ad confirmationem concedo maiorem et minorem, et nego consequentiam: quia hoc non obstante, permissio est effectus Dei, non vero peccatum.

Ad tertium respondetur dico maiorem, quod nihil est etiam physice permissionis moraliter concedo, quod licet physice nihil sit moraliter tamen aliquid est, nego. Ut patet in omnionibus liberis, sive peccatis, sive quasi quae licet physice nihil sint, quamvis moraliter sit aliquid, effectus sunt, ut liberi et eius causalitatis moralis illius. Permissio autem peccati licet quatenus substractio gratiae efficacis est, eatenus nihil physice sit, eatenus permissio aliquid morale est: tum quia ea sufficiens libera est, tum quia

inorale ad penitentiam conducat, aut si est aliquid positivum quatenus non removet peccatum: ideoque alicuius causa prohibendi velle propter eius effectum.

Ad 1um confirmationem distinguo maiorem effectus prohibendi immaterialis et praecipuus, concedo; materialis et minus praecipuus nego. permissio autem peccati non est immateriale et prohibitae, sed aliquid naturali scilicet communi supernali; nec est effectus praecipuus prohibendi: hic enim de speciali solum est gratia scilicet gloriae: ideoque ut permissio peccati sit effectus praedestinationis non est necesse, eam esse specie distinctam gratiam. ad 2um distinguo maiorem permissio peccati esset praecipua simpliciter concedo; ut sit absolute effectus poenitentiae nego ut sic enim sit importet tantum aliquem respectum afferri tamen aliquem praecipuum tantum ad gratiam poenitentiae, quae est gratia ablativa peccati impedientis gratiam et gloriam.

Ad 2um argumentum resp. concedendo maiorem et distinguo minorem, Deus ante absolutam electionem negaret eligere permissionem peccati tanquam medium utile esse utilitate adaequata concedo, utilitate inadaequata, nego. in permissione peccati adaequata utilitas ad penitentiam, cum ea sola non sit satis ut detur materia circa quam versetur penitentia, sine qua materia, repugnat esse penitentiam: ideoque Deus eligens permissionem peccati ut utilem ad penitentiam tollitur eam elligit ut utilem utilitate inadaequata: quae utilitas revera est in permissione; cum sine permissione non detur peccatum, quod est materia prorsus requisita ad penitentiam. amat ergo Deus permissionem peccati, ut inadaequate utilem ad penitentiam; non vero ut adaequate utilem: haec enim ratio includit peccatum, quod non est amabile, neque eligibile a Deo

Quoad ad 1am maiorem distinguo maiorem, utilitas permissionis

contritionis peccati in ordine ad poenitentiam, utilem inadaequatam, concedo; adaequatam nego. hic enim desumitur ex pluribus capitibus inadaequate ex singulis, et adaequate ab omnibus: contritio enim se ut non remouens malum poenitentiae, quod est peccatum, aliquo modo est utilis ad poenitentiam: insuper est utilis ad poenitentiam, quatenus coniungitur cum auspiciis affectibus inducentibus poenitentiam, cum quo ratione utilitatis contritio peccati eligitur et amatur a Deo ut utilis ad poenitentiam.

Est denique utilis ad eandem, quatenus aliquo modo inuoluit peccatum, quatenus nec eligitur nec amatur a Deo quod autem contritio peccati seclusa nil valeat ad poenitentiam solum probat, contritionem peccati non habere utilitatem adaequatam ad poenitentiam sed solum inadaequatam, quod commune est pluribus causis partialibus nil se solis valentibus in ordine ad suum effectum, adhuc habentibus utilitatem in ordine ad eundem, quod probatur videlicet in intellectu et specie impressa in ordine ad intellectionem.

Urgebis contra

Dices quo magis amatur efficaciter finis, eo magis amat medium eligendo: si medium sit amabile ab amante finem, concedo; si medium non sit amabile ab eodem, nego: tunc enim amor efficax finis non infert amorem efficacem medii: cum talis amor sit impossibilis, ut patet de obiecto, quod repugnat amari ab amante finem. cum ergo peccatum non sit obiectum amabile a Deo, inde est, non amari a Deo efficaciter amante poenitentiam, quamuis peccatum sit medium per se requisitum ad poenitentiam.

Unde patet amorem efficacem poenitentiae in Deo non esse amorem adhuc creatae peccati: quia tunc solum amor efficax finis est causa amoris medii, quando infert scilicet saltem potest inferre amorem finalem medii: licet amor

effectus poenitentiae non potest inferri intrinsece amorem effectus peccati intrinsece est amorem effectus poenitentiae intrinsece, non est amorem effectus peccati; quare ad eas causas nego. Distinguo minorem, amans effectus finis ultimi per medium sit capax gaudii procedentis ab amante finis, concedo; per sit incapax, nego: peccatum incapax est tam amoris, tam gaudii finis: ideoque quamvis Deus amat poenitentiam, numquam gaudet de peccato.

Ad instans, quia amans effectus obiectum eo ipso necessario amat tuas connexiones talis obiecti: ideo Deus non potest amare effectus nec praedefinire male peccati, quia hoc connectitur cum formalis ejus malitia, sed poenitentia necessario connectitur cum peccato: ergo eo ipso, quod Deus amat poenitentiam, necessario amat peccatum. Confirmatur, quia formalis malitia peccati non sit amabilis adeo, quia tamen male peccati connectitur cum formali malitia, repugnat Deum amare effectus male peccati, quin tamen amet formalem malitiam, sed talis connexio habet poenitentia cum peccato ergo sicut nequit male peccati effectus amari, sive praedefiniri neque poterit poenitentia effectus amari seu praedefiniri.

Respondeo iterum eodem modo distinguo maiorem, amans effectus obiecti, si eius connexiones sit capax amoris illius, qui amat obiectum, concedo; si non sit capax, nego. Ut evidens est in ipsa poenitentia, quae connectitur cum duplici tamen, ex distinctis temporis differentia, cum peccato scilicet commisso, et cum negatione peccati postea: poenitentia enim de peccato exigit peccatum aliquando esse, modo tamen non esse: quamvis Deus autem amat poenitentiam amat negationem peccati, non vero ipsum peccatum, quia illa est capax amoris finis, non vero hoc.

Ad confirmationem autem maiori neo non potest Deus ipsius effectus amare, sive praedefinire male peccati, quia male

pecc

preedere ↄnectit cum finali malitia; si garita nectit cum eo ut male pecci identificetur cum finali malitia, cum que repugnet, Deum predestinare malitiam, repugnat quoque prede stinare male pecci, alioquin predestinaret illam, et non predestinaret; quod est impossibile. quod si malitia pecci non identificetur cum malitia pecci ita tamen se habet ad male, et ita adequate in illo fundatur ut nullam habeat aliam causam praeter causam mali pecci: ideoque predestinans male pecci necessario predestinat ipsam malitiam, quod etiam est impossibile Deo.

Unde patet ad confirmationem, cuius maiorem distinguo, licet finalis malitia ebta, quia tamen male pecci ↄnectit cum finali malitia ebta tanquam aliquid identificatum cum malitia .s. tanquam adequatum illius fundamentum concedo; quia quilibet modo ↄnectit, nego, et nego minorem: permitta quod non identificatur cum pecco; neque est fundamentum illius adequatum quin imo praerequirit pecatum ideoque dum modo hoc videatur absolute .s. considerare ponendum praecipit effectum predestinationis quin predestinat peccatum praeterea si predestinari non posset amare peccatum, quia admodum Deus non praecipit illud amare.

Ad 3am confirmationem nego minorem; contritio et teria si fiat contra hanc contritionem eam, scilicet inspectam odii inefficacis illius, quod contritionem ut patet in nobis dimissam contritionibus, quia si effectum se haberent quia contritio, nulla esset peccato cum tamen re vera innumera sint quae cum quo effective amor ultimo ↄponatur cum eius dz inefficaci odio, amicitiam effective finis ↄponitur cum contritione medijs, sicut cum odio inefficaci peccati, quod est medium esse requisitum ad permittendam

Ad 4am confirmationem distinguo antecedens. ↄtraria

est medicus ille, qui per medicinam procurat ideo; propter medi-
cinam, et meliorem sanitatem ex ea resultantem, nego: licet me-
dicus praevideat meliorem, et magis robustam sanitatem, quam
modo sibi perfectam ex medicina, propterea prudenter experientia
huius permittere malum, et medicinam intendere ante prae-
visam absolutam morbi. Praevidens ergo Deus per istam medicinam
hanc, scilicet in malum et magis peccati incidat, reputat humilitatem et sa-
nitatem quam cautiorem et humiliorem, ex timore praemiis prudenter
permittit peccatum.

Ad tertium argumentum nego maiorem, nam licet peccata a
Deo id, quod Deus affert infallibiliter peccatum committendum abiecto prae-
terire, concurrens id, quod petitur, aliunde sit Dei effectus: ut patet
in ipsa permissione peccati, quam procul dubio, sicut sit effectus praedestina-
tionis, effectus tamen Dei est, nec tamen potest licite et prudenter peti
a Deo, ut supponit, imo asserat in argumento. Quamvis ergo reliqui
effectus praedestinationis, qui secum non afferunt infallibiliter peccatum committen-
dum abiecto praedestinato, possint licite peti a Deo; non tamen possunt
illi, qui modo praedicto afferunt peccatum, quali modo illud affert
permissio peccati.

Quare licet ex eodem motivo, ex quo Deus vult permissionem
peccati, possit aliquis eam permissionem desiderare, et a Deo
petere, ut sic magis confundat, corrigat, et reddat cautiorem;
magis tamen non potest ullo pacto licite talem permissionem desiderare, aut
petere, quia cuilibet in alio tempore licet permittere peccatum; nulli
tamen unquam in se ipso licet permittere peccatum, ut patet in Princi-
pibus et Magistratibus, qui plura peccata in populo licite per-
mittunt; cum tamen in se ipsis nullum licite possint permittere.

cuius

Cuius de ... est, qui permittens peccatum in alio dum abest ratio causa permissionis, nil unquam ponere quod in se malum sit, sed tantum permittere malum poni ab alio, quod quodque bonum est, at permittens peccatum in se ipso tamen aliquo per se ipsum ponere peccatum; quod simpliciter malum est, quod ex nullo capite, aut motivo propter cohonestari, seu nulli bonum ibidemque ut communi fert eloquium, ut non sunt facienda mala ut veniant bona

Ad tertiam

Di. quo modo, imprudentes qui permittunt maius malum propter minus bonum, Dico quod hoc propterea minus bonum est, scilicet quod minus bonum impeditivum est maioris mali, eo malo, quod permittitur, nego: sicut frequenter in Republica minus mala prudentissime permittuntur, ut propterea maiora mala impediantur, adhuc etsi aliunde nullum aliud ex tali permissione resultet bonum

Deus ergo permittens peccatum ex motivo propter suae virtutis, cuius bonitas omitto quatenus non sit mea intentio boni, quam peccatum intrinsece mali, non intendit propterea bonum propriae virtutis per se omnium cum permissione peccati, sed tale bonum, quatenus ulterius est impeditivum maioris mali, quale est peccatum superbiae virtutis nimirum cum imperfectis spiritualium quae maiora mala sunt comperta quae Deus permittit, ut per propriam humilitatem praedicta impediantur.

Prudenter ergo Deus permittit peccatum, licet magnum malum et maius intrinsece mali, quam propria virtus intrinsece boni, quia sic intendit impedire ulterius maiora mala aggravitioria peccatorum. Ubi notandum argumentum et ... placet

quas parerat: probavit 3. peccatum non posse permitti a Deo, quod quam falsum sit, notum est ex ipsa horum opiniantium et frequenti peccatorum experientia.

Disp. 5.a

De Reprobatione

Ex expositis superioribus tractatibus nunc praedestinationis illius effectus, et eius quasi causas et effectus: restat ad plenam eius explicationem illam exponere quae spectat ad reprobationem, quae in multis et maximis illi opponitur.

Quaestio 1.a

An sit, et quid sit et quotuplex reprobatio

Sectio 1a

Existentia reprobationis probatur eiusque quidditas exponitur.

1a Dico

Existit de facto reprobatio. Dico est certissima, Probatur ex illo Matthaei 25: ite maledicti in ignem aeternum qui paratus est diabolo et angelis eius; cum 3 igni aeterno non praeparatus maledictis, diabolo et malis angelis nisi per actum liberum Dei parantis eum, ut potest effectus Dei ad extra. Et hunc actum Dei liberum intelligamus nomine reprobationis; certum est dari in Deo reprobationem. Confirmatur ex Concilio Valentino Cap. 3o fidenter fatemur praedestinationem electorum ad vitam et praedestinationem impiorum ad mortem; sed actus Dei liberos aeque Concilium late expresse

Sed

dicit praedestinatos ad mortem, nec cum communi theologorum dicimus, reprobatio quod defectu dati reprobos.

Ultimum probant theologi ex S. Thoma triplici ratione. 1a desumitur a natura providentiae cuius est aliquos defectus permittere: ideoque et aliquos creaturis intellectualibus defectus a suo ultimo fine, quod dicitur reprobatio. 2a ab infinita excellentia divinae bonitatis, quae uno modo non satis ostenditur, sed multiplici, ideoque sicut ad ostensionem divinae bonitatis, ut haec misericordia est, necessaria est praedestinatio, sic et ad eiusdem bonitatis ostensionem, ut iustitia est, necessaria est reprobatio. 3a a necessitate manifestandi defectibilitatem liberi arbitrii et indigentiae gratiae, quae utraque satis non ostenditur, nisi permittendo aliquorum peccata, et impoenitentiam finalem, quam sequitur reprobatio.

Hae rationes subtilissimae sunt, et Angelicam mentem redolentes, non tamen excedunt gradum probabilitatis: et si enim Deus nullum reprobaret, ut absolute posset, conservaret eius providentia eadem bonitas divina, et eodem modo excellens, quam esse iustam infinitis modis praeter reprobationem, posset Deus ostendere. Sicut et posset modis etiam aliis ostendere defectibilitatem liberi arbitrii et indigentiam gratiae permittendo eos eius impetus cadere, et eosdem per gratiam finalem reparando. Cuius ratio a priori est, reprobatio est actus liberum Dei: ideoque posse deficere in Deo absque ulla divinae providentiae scilicet iustitiae diminutione.

2a Illud

reprobatio est Dei aeterna et efficax destinatio creaturae intellectualis in mortem aeternam. Dicitur Dei, quia nullius alterius est efficaciter destinare, seu mittere in mortem aeternam, nec ullus alius posset eam infligere. Dicitur aeterna quia est actus Dei liber identificatus cum Deo ideoque

ex parte quod sit, ratio aeterna. Dicit Creatura intellectualis, quae cum haec sola sit Capax vitae aeternae consistentis in visione et amore Dei aeternam, ea solum est Capax mortis aeternae consistentis in privatione huius mi vitae aeternae.

Dicit in mortem aeternam, et quod reprobatio specialiter differat a praedestinatione: haec enim destinat in vitam aeternam; reprobatio vero in mortem aeternam. est autem mors aeterna carentia perpetua visionis, et amoris Dei, carentia, inquam, cum privatione, hoc est in subiecto, cui aliquo modo debeatur vita aeterna, qualis debetur omni Creaturae intellectuali, ex suae elevationis illius in finem supernaturalem. Si Carentia est primum purum negationis, hoc est absque ullo debito praedictae vitae, non est mors aeterna: ideoque Creatura intellectualis Creata in pura natura nec a Deo elevata, sive destinata saltem ineffabiliter in finem supernaturalem, sed Careret vita aeterna, non tamen subiaceret morti aeternae; eo, quod vita aeterna nullo pacto illi deberetur.

Haec autem mors aeterna duo Claudit, unum essentialiter, sive principaliter, scilicet poenam damni, quae consistit in praefata Carentia vitae aeternae; alterum integraliter, sive minus principaliter, scilicet poenam sensus, quae consistit in doloribus procedentibus ab igne, quo Creaturae intellectuales in inferno torquentur. in utramque poenam damni, et sensus reprobantur a Deo adulti in peccato personali decedentes ex hac vita. in solam poenam damni, iuxta D. Thomam parvuli cum solo originali decedentes; at iuxta Scotum in utramque poenam, tam parvuli quam adulti reprobantur.

Hinc 1o deducitur reprobationem ex parte quidem, qua quidem est permissio bene meriti

de

defferre; et supplicijs malemeritos punire: scilicet reprobationem malemeriti supplicijs puniunt: ergo reprobatio est pars providentiae, pars, inquam, obiectiva, subiectiva, et essentialis, eo modo, quo praedestinationem diximus esse partem providentiae; nisi quod praedestinatio spectet ad providentiam, ut benefica est, et remuneratiua reprobatio vero ad providentiam, ut punitiva est et vindicativa.

2o deducitur ad reprobationem per se requiri scientiam simplicis intelligentiae. quia reprobatio, ut porro libera Deo, importat actum voluntatis Divinae, cuius obiectum dicat subiectum, quod reprobatur, et finem ad quem reprobatur: sed repugnat reprobatio subiecti in ordine ad aliquem finem nisi praesupposita Cognitione saltem possibilitatis subiecti, quod reprobatur, et finis ad quem reprobatur; aliquin voluntas ferretur in incognitum: ergo scientia simplicis intelligentiae per se requiritur ad reprobationem; siquidem est Cognitio possibilitatis subiecti, quod reprobatur, et possibilitatis finis ad quem reprobatur.

3o deducitur, ad reprobationem per se requiri scientiam visionis quoad reprobationem saltem in executione maxime quoad demerita absolute praevisa, ut habetur Matthaei 25 esurivi enim et non dedistis mihi manducare, sitivi et non dedistis mihi bibere etc. ubi demerita praevisa sunt non a priori, et causa reprobationis, sed demerita non mouent ut demerita finalia, et ingerere Cognitionem efficientiae moralis, nisi ut absolute praevisa, nullus enim demeritis praemium, aut dignus est supplicio propter ea, quae faceret, si posset, quam absolute facit, ergo scientia visionis per se requiritur ad reprobationem: per hanc enim solam Cognoscuntur demerita ut absolute existentia pro aliqua differentia temporis

4 deducitur ad reprobationem

quae de facto et non primum quidem dat, quod statuere
talis quae non requirit scientiam media, quae scientia media solum
quae requirit ad eum actus voluntatis, cuius infallibilitas dependet
ab obiecto libero conditionate futuro: scientia media non est, maxime de huiusmodi
obiecto, nec dat infallibilitatem obiecti aliis sed actibus voluntatis
qui sunt de aliis obiectis: sed reprobatio, quae non primum quidem
dat, quod est statuere talis, non dependet in sua infallibilitate
ab obiecto libero, conditionate futuro: eam ut ipsa dicit, non dat
ante praevisa absolute demerita sed post ea, ideoque illius
infallibilitas solum dependet a scientia visionis quae ad reprobationem etc.

Prius ad
reprobationem quae est statuere talis quoniam late etiam dicitur reprobatio
velle denegandi auxilium efficax ad perseverandum in gratia
et conferendi pure sufficientia sub quo impius infallibiliter decedet in finali impoenitentia, ad quam reprobationem procul dubio quae
requirit scientia media, infallibilitas enim huiusmodi voluntatis
quae dependet ab infallibilitate impoenitentiae finalis liberae
quae ante ad eam voluntatem solum est conditionate futura: ad infallibilitatem
quo huiusmodi voluntatis, sic reprobatio quae requirit scientia
media.

5° deducitur, reprobationem consistere in actu intellectus et voluntatis
quae est destinatio libera, et infallibilis eorum incredulitatis in mortem
aeternam, ut dictum est: sed quia libera est actus voluntatis, cum
ab hac sit esse liberum, et quia infallibilis est actus intellectus; cum
ab hoc ut sciente desumat omnis infallibilitas status: ergo reprobatio
consistit in actu intellectus et voluntatis. Consistit inquam, atque
in utroque collective, in aliquo autem vero in quolibet divisive
quae ad mentem de praedestinatione diximus libro

per

servata proportione, idcirco sicut praedestinatio in imperio monastico non dicit, sibi nec reprobatio, sed

Ad 3am dices quod reprobare est prius intra: contra 3 alias sententias aliquas ostendemus et reprobavimus: quod reprobatio solum ad intellectum spectat. Contra quod reprobatio incipit a iudicio, quo quis iudicatur poena aeterna; et contra hoc reprobus sufficienter distinguitur a praedestinato quod in hoc iudicio dicitur reprobatio.

Nel distinguo antecedens reprobare actu vulgariter, omitto; theologice, nego: sic ergo reprobare solum est destinare efficaciter ad mortem aeternam quam destinatio involvit nostro actuum voluntatis; ad contra distinguo antecedens; reprobatio incipit a iudicio actu quasi dispositive tendo, formaliter, nego. Ut ergo sine eo iudicio non datur reprobatio, sicut nec datur homo sine ultima dispositione ad formam rationalem; non tamen in eo consistit, nec inde incipit formaliter reprobatio in ratione constituti adaequate, sicut homo formaliter nec consistit, nec incipit in ratione existentiae adaequate a materia ultimo disposita ad formam rationalem. Sibi ergo praedictum iudicium sufficienter distinguit dispositive reprobum a praedestinato, non vero formaliter, quod manifeste patet ex eo, quod si post tale iudicium Deus suspenderet, non destinaret ad mortem aeternam, ut deberet absoluta potestate non destinare, id iudicium non esset reprobum, nec ullo illud vocarent reprobatio.

Sectio 2a

Dividitur reprobatio

Reprobatio vulgariter

ē insuper divisio reprobationis in positivam et negativam, licet ab aliis eodem modo explicentur. inter scholasticos quos hic nunc sequimur, docent reprobationem negativam esse omissionem electionis ad gloriam et mediorum ad eandem infallibiliter conducentium. positivam autem dicunt, esse voluntatem efficacem infligendi poenas individuali morte aeternam; quam reprobationem positivam explicuimus seriatim. circa negativam autem statim oritur altera quaestio an videlicet reprobatio negativa sit pura omissio electionis ad gloriam, vel actus positivus quo Deus exprimere velit talem omissionem, positive statuendo non eligere ad gloriam neque ad media gratiae congrua eos, quos non elegit?

Communiter asseritur, esse actum positivum. 1°: quia sic insinuat Apostolus ad Roman. 9. Cujus vult miseretur, et quem vult indurat, et alibi passim; induratio autem est sic de aliis. actum positivum Dei indicante. 2°: quia reprobatio est pars providentiae providentia autem actum positivum voluntatis importat. 3°: quia Deo perfectior modus operandi tribuendus est, perfectior autem est modus operandi per actum positivum, quam per puram omissionem. 4°: quia licet Deus habeat omissionem voluntatis conferendi gloriam Angelis et hominibus mere possibilibus, horum tamen reprobatio. hi autem nec reprobi sunt, neque eorum extat reprobatio. 5°: quia ex reprobatione sequitur infallibiliter reproborum poena sensus, quae quando positiva est; ex vi autem purae omissionis non sequitur infallibiliter aliquid positivum.

Non desunt tamen qui cum Durando asserunt, reprobationem negativam esse puram omissionem quod secundum meum oppositam e diametro sententiam. 1°: quia aliquando Scriptura privationes per terminos positivos explicat ut in 1° Genesis tenebrae erant super faciem abyssi ubi verbum erant insinuat aliquid

positivum

positivum, cum tamen tenebrae non sint aliquid positivum, sed mera privatio lucis. 2o quia licet reprobatio sit pars quaedam, hoc non minus importat actum positivum voluntatis, quam puram omissionem; cum ad negationem medii praerequiritur, ad esse, scilicet conferendi aliunde, cum ad negationem salutis praerequiritur ad esse conferendi animabus salutem sit pura omissio voluntatis conferendi salutem. 3o quia licet in creatis efficacia mediorum operandi sit privatio potius, quam pura omissio, non tamen ita est in Divinis; eo, quod in creatis actus positivus superat ad efficiendum actus liberi, quam non superat in Divinis, ideoque quocunque modo operetur voluntas Divina, quae efficere operatur. 4o quia Deus habet voluntatem positivam non conferendi gloriam Angelis et hominibus pure possibilibus adhuc tamen non sunt reprobi: ergo eos non esse reprobos aliunde provenit quam ex eo, quod ad reprobationem requiratur actus positivus: provenit ergo ex eo quod reprobus debeat existere absolute pro aliqua Divina tempore et reprobatio movet absolutam existentiam sui obiecti pro aliqua Divina tempore, qualem existentiam non habent mere possibilia.

5o quia reprobatio mere et pure nativa ipsa est et ipsa non infert infallibiliter poenam sensus, quia in potentia consistit, sed solum poenam damni, quae consistit in carentia visionis, ad quam inferendam satis est pura omissio, cum ad non esse effectus sufficiat non esse causam effectus. Poena autem sequitur reprobationem nativam, quatenus huic adiungitur voluntas nullus perveniendi visione Dei, quin illi etiam infligatur poena sensus.

Hinc patet utroque modo posse Deum native reprobare per meram suspensionem sive omissionem electionis ad gloriam scilicet per positivam nolitionem electionis ad gloriam cum utrumque liberum sit Deo, et ex alterutro nulla mors illi accedat efficiendo nec reclamaverit, quoniam ex his motivis dictare reprobet native. Statui

non potest declarare an reprobatio nativa sit pura omissio, an actus positivus voluntatis. Alii explanant theologi praedictas positivam et negativam reprobationem; dicunt positivam reprobationem esse voluntatem non conferendi gratiam in poenam peccati originalis vel actualis, et insuper infligendi poenas sensus pro peccatis actualibus; negativam autem dicunt voluntatem positivam non conferendi gratiam, eo praecise quod gratia sit beneficium indebitum supernaturale. ideoque excluduntur a gloria per huiusmodi reprobationem, non excluduntur in poenam peccati alicuius originalis vel actualis, sed solum a beatitudine excluduntur, quia gloria illis non debetur. explicatio non improbatur, quia continet quaestionem de voce et nomine, et licet uti vocibus iuxta morem Patrum et Scholasticorum in qua versatur.

Dividitur etiam ab aliis reprobatio in punitivam et permissivam. punitiva est destinatio aeterna ad poenas aeternas; permissiva vero est subtractio remedii, quo infallibiliter fieret, ut is qui in peccato actuali vel originali decedit, in eo non decederet; quae subtractio in adultis nihil aliud est quam permissio impoenitentiae finalis; in parvulis vero permissio impedimentorum, quae obstant applicationi remedii peccati originalis.

Haec permissiva reprobatio et reprobatio nativa Durandi et Scholasticorum nihil explicata, in eo quod utraque sit actus praedestinationis, solumque a beatitudine differt, quatenus reprobatio nativa absolute affert nativam electionem ad gloriam et medium ad eandem efficaciter conducentia; permissiva vero formaliter solum importat nativum medium: quare formaliter importat exclusionem a gratia et gloria; haec vero solum exclusionem a gratia.

Quaestio 2a

An praescitorum reprobatio fuerit ante absolutam praevisionem demeritorum.

Sectio

quaestionis explicatio et DD. sententiae

Praesciti dicuntur, qui a regno caelorum excluduntur, sive hi parvuli, sive adulti sint; qui praeterea tales dicuntur, quia Deus praevidit eorum discessum in peccato, et aeternum exilium a regno caelorum et hi videntur similitudine praedestinati quae dicitur praesciti, quia Deus praevidit eorum discessum in gratia et aeternam felicitatem in regno caelorum; non tamen hi, sed illi dicuntur absolute praesciti, quia eorum mala merita non causat Deus, sed tantum praescit; et quia eos, quasi similitudine reprobatis praedestinatorum vero bona merita praecausat et sponte id in eorum praedestinatis

Electorum praedestinationem fuisse ante absoluta praevisa merita dicitur e, dixi 1a ante sibi quoad praescitorum fuerit etiam ante praevisa absoluta demeritorum quaerimus in praesenti; sed quoniam vox reprobatio, valde aequivoca est ut constat ex sectione superiori; alia est positiva, alia negativa, quas alii alteras, alii absolutas et a nobis DD. explicatur. alia primitiva et alia permissiva operae pretium duxi claritatis gratia per partes et tres alias quaestiones resolvere

1o ergo inquirens, an non electio praescitorum ad gloriam, per signum, quo Deus elegit praedestinatos, quam electio dicitur absoluta et ante DD. reprobatio negativa fuerit ante praevisa absoluta demeritorum 2o an voluntas excludendi praescitos a gloria per modum beneficii indebiti, quam alteras dicit reprobatio negativa, fuerit ante praevisa absoluta demeritorum 3o an voluntas excludendi hos a gloria per modum poenae, et itemque voluntas eos infligendi cruciatus aeternos, etiam per modum poenae

quia absolute dicit reprobationem positivam fuerit ante praevisa absoluta demerita. Pro antecedente subjecto de auxiliis quae praescientibus in salute in peccato trahit, quia absolutio de reprobatione praesumitur sit ante praevisa absoluta demerita.

Circa quia in istis certum est, reprobationem negativam sicut dicit negationem electionis praescitorum ad gloriam fuisse ante absoluta praevisa demerita. quoniam in eo signo, in quo praedestinati fuerunt electi ad gloriam in eo, in quo praesciti non fuerunt electi; alioquin et ipsi fuissent praedestinati; sed praedestinati fuerunt electi ante praevisa absoluta merita, ergo praesciti fuerunt non electi ante praevisa absoluta demerita, in eo signo nec merita, nec demerita ulla intelliguntur absolute futura.

Cuius argumentum probat, eos non electionem non fuisse per negationem negantem electionem sed solum per negationem praescindentem ab electione et negatione electionis negante. quia admissum est Deum ante scientiam mediam operum liberarum ordinare futurarum, et nullum praedestinat ad gloriam ut Coronam non per negationem negantem praedestinationem, sed solum per negationem praescindentem a praedestinatione s. eius negatione negante; eo quod in sequentibus signis habeat circa quosdam praedestinationem ad gloriam ut Coronam et circa alios negationem negantem talem praedestinationem. Similiter in eo signo in quo ante absolute praevisa merita praedestinatos eligit ad gloriam non habet negationem negantem electionem reliquorum, sed solum praescindentem, eo quod adhuc ex suppositione talis non electionis potest eosdem eligere in sequentibus signis, post eorum merita absolute praevisa, ut re vera eos elegit, si in gratia decederent.

Circa reprobationem autem

sed

quae dicit voluntatem excludendi praescitos a gloria per modum bene=
ficij indebiti, asserunt thomistae, eam fuisse ante praevisionem absolutam
de meritorum, nisi cum D. Th. cum Scotistis id negant, asserentes
talem reprobationem fuisse post demerita absolute praevisa universaliter
P. Granadus thomistis adhaerentes, imo ultra plures eorum pro=
greditur.

De reprobatione autem quae dicit voluntatem excludendi
a gloria per modum poenae et insuper voluntatem inferendi [illegible]
cruciatus omnium negant thiologi, eam fuisse ante praevisionem
absolutam demeritorum, asserentes fuisse post absolutam praevisionem
eorum; si iterum P. Gran. excipias oppositam sententiam et
in hac parte cum nullus thomista omnium thomistarum limites
transgredientes.

Tandem de reprobatione per modum negationis eadem
mens, videlicet ullam absolute et expresse consideratam, fuerit
ne ante absolutam praevisionem demeritorum; neque eorum mens
colligi potest, nisi ex ijs, quae tradunt de hac reprobatione deinde
et nos agemus per sectionem, ubi mentem eorum et nos ape=
riemus.

sectio 2a

Voluntas essentialis excludendi praescitos a gloria per modum beneficij
indebiti non fuit ante absolutam praevisionem demeritorum

sic D. Th. nos et Scotistae contra thomistas probatur primo quia ut dicit expressio
18 nos impij non sunt volentes Deus, Sapientiae 1o Deus mortem
non fecit sed si Deus praescitos exclusisset a gloria per modum
beneficij indebiti ante praevisionem absolutam demeritorum, mors
impij esset volita a Deo et Deus mortem fecisset: consequentia enim
aeterna gloria et mors aeterna quae supponit a Deo volita esse

Contra ꝙ ab eo in tempore facta g° Deus praescitos non exclusit a gloria ꝙ mus beneficij indebiti ante absolutam praeuisionem demeritorum: Carentia ꝗ aeternae gloriae quae ē maxima poena est carentia vitae aeternae, siue consideretur ut poena, siue consideretur ut beneficium indebitum ___ Ostenditur 1° ex Concilio Valentino Cap. 3° fidenter fatemur praedestinationem electorum ad vitam, et praedestinationem impiorum ad mortem in electione salvandorum misericordiam Dei praecedere meritum bonum, in damnatione periturorum meritum malum praecedere iustum Dei iudicium. ubi Concilium aperte distinguit praedestinationem ad vitam a praedestinatione ad mortem, in eo quod illa sit ante praeuisionem absolutam meritorum; haec vero non sit ante, sed post absolutam praeuisionem demeritorum. at qui exclusio a gloria, siue carentia gloriae adhuc ꝙ mus carentia beneficij indebiti ē mors: ē ꝗ carentia vitae aeternae scilicet visionis et amoris Dei, omnes scilicet vitam aeternam: g° volens efficax excludendi praescitos etc.

Ostenditur 2° ex Paulo ad Rom. 9 ubi exclusio a gloria signatur nomine odij, et electio ad gloriam nomine dilectionis, Iacob dilexi Esau autem odio habui, at qui Esau non exclusit a gloria etiam ut a beneficio indebito, ante praeuisionem absolutam demeritorum, dicit ꝗ Aug. lib. 1° ad Simplicianum qu. 2ª non igitur Esau Deus hominem odit, sed odit Deus Esau peccatorem g° volens excludendi praescitos a gloria etiam ut a beneficio indebito non fuit ante praeuisionem absolutam demeritorum ꝗ Iacob ꝗ spiritualiter intelliguntur praedestinati, ꝗ Esau autem praesciti, sed Esau non odit Deus siue exclusit a gloria, nisi post praeuisionem peccati illius: odit

ꝗ

et excludit Esau non hominem sed peccatorem, ergo exclusio praescitorum a gloria non fuit ante sed post absolutam praevisionem peccatorum

Dices Aug.

ibi loqui de peccato originali, propterea quod omnes praesciti excluduntur a gloria, non vero de peccato actuali, ante cuius praevisionem Deus voluit eos excludere a gloria, tanquam a beneficio indebito

sed contra est 1o, quia si omnes, qui excluduntur a gloria propter originale peccatum excluduntur, ergo iam non excluduntur a gloria per modum beneficii indebiti, sed per modum poenae: peccatum enim originale dignum est poena exclusionis a gloria; dicere autem, praescitos excludi a gloria sub duplici titulo beneficii scilicet indebiti, et poenae simultaneo dicto ideoque eadem facilitate, qua ab adversariis asseritur, eadem a nobis negatur.

Contra est 2o

falsum est, omnes eos qui a gloria excluduntur, excludi propter peccatum originale: nullus enim excluditur a gloria propter peccatum iam remissum alioquin peccatum remissum internum contra puto remissum dignum esset poena damni, quae est maxima damnatorum poena, quod est aperte falsum, cum peccatum remissum non sit simpliciter peccatum, ideoque nec dignum tanta poena. at quibusdam eorum, qui a gloria excluduntur, peccatum originale remissum est, ut pote in adultis post susceptum baptismum, ergo non omnes praescitos excludit Deus a gloria propter peccatum originale absolute praevisum

Contra est 3o quia sicut Aug.

Deus Esau hominem non odit, sicut excludit a gloria sed peccatorem, ita Deus non odit, sicut excludit a gloria Luciferum Angelum sed Luciferum peccatorem, et idem est de reliquis Angelis praescitis sed in his nullum est peccatum originale, sed solum actuale, ergo saltem Angelos praescitos Deus non excludit a gloria ante praevisionem

absolutam pœnæ æternæ, cum eadem sit ratio de hominibus adultis ac de Angelis, ut diximus agentes de utrorumque prædestinatione, sequitur non habere exclusionem a gloria ante prævisionem absolutam pœnæ æternæ.

Probatur 2o conclusio quod Deus ante prævisionem absolutam demeritorum nullum destinavit ad æternos inferni cruciatus ut fatentur multi Thomistæ contra Calvinum et eius asseclas, sed eadem est ratio, ne ullum exclusisse a gloria ante absolutam prævisionem demeritorum quod ante eam nullum exclusit. probatur maior quia sicut exclusio parvulorum a gloria ostenderet potestatem Dei et fragilitatem humanæ naturæ, sicut cruciatibus æternis ostenderet potestatem et iustitiam Dei, nec non fragilitatem humanæ naturæ, ut patet inductione, quoniam cruciatus hac via ostendunt quod eadem est ratio, ne ullum Deus excludat a gloria ante prævisionem absolutam demeritorum.

Dices, disparitas est ratio quia immo quum Deus non excludat a gloria nulli infert iniuriam; quia gloria nulli debetur. est tamen iniustitiam velle aliquem cruciare ante prævisionem absolutam delicti, sed contra est, quia ut dictum in potius velle aliquem cruciare, ante prævisionem absolutam delicti est iniustitia: sed Deus volens excludere parvulos a gloria ante prævisionem absolutam demeriti, vellet, ante prævisionem absolutam delicti parvulos cruciare: exclusio enim a gloria, sicut illius carentia est cruciatus, imo summus damnatorum, et maior eo, quem patiuntur ex alligatione ad ignem: ergo si Deus nullum excludit a gloria ante prævisionem absolutam demeritorum, si ante talem prævisionem eundem destinavit ad æternos inferni cruciatus.

Contra 2o

quod velle innocentem cruciare cum honore S. Angelorum sit iniustitia non tamen iustitia, sicut cum honore S. Angelorum iniustitiæ velle

in

innocentes occidere, facultatibus et honoribus spoliare, contra
hoc iniustitia est; sicut autem potentia absoluta innocentes
occidere, et spoliare facultatibus et honoribus pro libi-
tu suo velle innocentes cruciare non est iniustitia; nec propter
repugnantia illa assignari disparitas, cum in Deo ante absolutum
quod infelicitatem non inveniet, non sit stricta iustitia cruciatum
neque in his stricta ius adversus Deum.

Ad 3um. Ergo innocentes cruciare non est ex iniustitia, ut quidem non sit
iniustum propter bonum finem: ipse in republica iuste
torquentur innocentes, ut reos et nocentes prodant, quia
sic expedit ad bonum communi: ergo etiam sine iniustitia poterit
Deus innocentes torquere, ut sic manifestet suam potentiam et
supremum dominium in illos, qua utitur pro libito suo eam
torquendo, seu sine ulla culpa illos creando.

Propterea, Ignan-
mari ... asserat Deus ante praevisa absoluta demeritorum
non solum praescitos exclusisse a gloria, verum etiam eos destinasse
ad aeternos inferni cruciatus. Id Ad 4um quia ut supra dixi-
bamus mors impii, ante ad eius mala merita, non est volita
Deo: neque iniusta ante ad ea Deus mortem fecit: sed mors impii
esset volita Deo, Deus quoque mortem fecisset, si ante praevisa absoluta
demeritorum praescitos non solum exclusisset a gloria, verum etiam
eos destinasset ad aeternos inferni cruciatus: mors quoque de qua ibi
Scriptura nihil aliud est, quam aeterna carentia visionis Dei seu
cum inferni cruciatibus: ergo ad eos Deus praescitos non destinavit
ante praevisa absoluta demeritorum.

Ad 2o, quod propositio huius

ad miserendum et beneficiendum longe maior, quam ad nocendum et puniendum, ideoque cum Deus extra operetur, et non ostat data a Christo longe plura sunt eius beneficia, quam supplicia iuxta illud Psalmi 144 suavis Deus universis, et miserationes eius super omnia opera eius; sed si Deus praescivisset ante eorum absolute praevisa demerita destinasset ad aeternas infantes Limbi, non esset maior eius propensio ad miserendum quam ad puniendum, plures enim sunt non per se inscito praescientia perditi reprobos, quam salvi per praedestinationem: ergo Deus ante absolute praevisa demerita eorum non destinavit parvulos ad aeternas infantes Limbi-bus.

Dicitur 3o quia Valentinus supra relatus expresse definit reprobationem esse post praevisa absoluta demerita; in damnatione autem peccatorum maiorum malum praecedat ipsum Dei iudicium ergo huiusmodi reprobatio non fuit ante praevisa absoluta demerita. Nec valet dicere, Valentinum loqui de reprobatione in ordine executionis quae fuit post praevisa demerita; non vero de reprobatione in ordine intentionis, quae fuit ante habita.

Non, inquam, valet, quia ut patet ex ipso textu praedestinatio ad vitam et reprobatio ad mortem in eo differunt, quod illa antecedat meritum bonum; haec vero sive reprobatio subsequatur malum meritum; sed si reprobatio solum in executione subsequeretur malum meritum, nulla esset haec differentia: praedestinatio enim ad vitam etiam in executione subsequitur bonum meritum, non minus quam reprobatio ad mortem malum meritum: ergo reprobatio in ordine intentionis subsequitur malum meritum et est post absoluta praevisa illius.

Sectio 2a

Arguitur contra nostras Auctores.

1o

1º quia ut habetur ad Rom. 9. cum nondum nati fuissent, aut aliquid boni s. mali fecissent, non ex operibus sed ex vocante dictum est, Jacob dilexi, Esau odio habui: sed per terminum illum ante praevisa opera dilectio Jacob electio praedestinationis: et per odium Esau reprobatio praedestinationis: ergo cum dilectio et odium praecesserint utriusque bona et mala opera sibi praedestinatio et reprobatio sunt ante absolutam praevisionem meritorum et demeritorum.

Confirmatur 1º: quia electio praedestinationis ad gloriam fuit ante absolutam praevisionem meritorum: ergo et reiectio reproborum a gloria fuit ante absolutam praevisionem demeritorum, eadem est utriusque ratio, et eodem modo de utraque loquitur Apostolus. Confirmatur 2º quia ut ait s. Thomas, sicut praedestinatio includit voluntatem conferendi gratiam et gloriam, ita reprobatio includit voluntatem permittendi cadere in peccatum: sed eo ipso permissio peccati est effectus reprobationis: ergo antecedenter ad peccatum intelligitur reprobatio, siquidem intelligitur ante effectum, qui est permissio peccati: ante ergo ad demeritum est reprobatio.

2º Arguitur ratione desumpta ex s. Thoma ad Annibaldum, quia Deus est supremus gloriae Dominus, ut ex hoc patet: sed eo ipso potest illam dare s. negare pro libito et independenter ab alterius meritis s. demeritis, sine aliqua iniuria et crudelitate: inde constat ex dominio primatus supremi sibi competentia disponendi de re pro libito et sine alterius iniuria: ergo Deus independenter a praevisis demeritis et ante ad ea excludit illos a gloria.

Confirmatur 1º: quia ratione supremi dominii potest Deus suas gratias cuilibet denegare et ab ea illum excludere, nullis praevisis demeritis: ergo et sibi potest propositos a gloria excludere. Confirmatur 2º quia gratias congruas Deus denegat pluribus, nullis praecedentibus

eorum demeritis: ergo et gloriam: consequenter est utriusque hominum

3° Arguitur: quia adhuc supposita electione hominum et Angeli in vitam aeternam nulli eorum debetur gloria, tum quia aliquorum eorum debeantur gratiae congruae cum debeant media efficacia adipiscendi eam, cum finis debetur tum etiam quia aliquorum electio ad gloriam non est speciale beneficium ut posse aliunde debita, et de isto debito, qualis supponit gloria: id eo ipso, quod gloria non debeatur, potest Deus hominem et Angelum sine debito, ante ad praevisa absoluta demerita excludere: ergo de facto ipsos exclusit.

4° quia ex eo, quod Deus voluerit ante, quantum est ex se voluerit inefficaciter omnibus conferre gloriam, complacuerit sine in eius collatione, infirmunt [illegible] non, Deus voluerit ante non voluisse efficaciter, et quantum est ex se propositis denegare gloriam, et absolute eos excludere, utrumque in eius voluntate compossibilia judicantur simpliciter. At quia hoc ex se est nullum; Deus quantum est ex se, et voluerit ante vult omnibus gratiam congruam, et in eius collatione complacet, tum non habet voluntatem efficacem antecedentem denegandi eam pluribus, ut de facto negat: ergo etsi Deus habeat voluntatem antecedentem conferendi omnibus gloriam, potest simul habere voluntatem antecedentem efficacem propositos a gloria excludendi.

Confirmatur: quia duae voluntates inefficaces sicut una efficax, et altera inefficax de objecto maxime opposito, dum non ea attingant sicut diversis rationibus formalibus inter se non repugnant: ut patet in mercatore, in naufragii periculo constituto, qui quantum est ex se complacet in divitiis, ut sibi utilibus, eas quam inefficaciter vult servare; quas tamen absolute et efficaciter vult projicere in mare, et de facto projicit, quatenus sibi nocent et naufragium promovent: ergo et Deus potest habere voluntatem inefficacem conferendi omnibus gloriam ante, et quantum est ex se, quatenus gloria omnibus convenit; et simul ante et quantum est ex se voluntatem efficacem propositos excludendi a gloria, quatenus hoc expedit ad ostensionem ejus

iustitiae

iustitiæ in præscitis, et suæ misericordiæ in prædestinatis

2º probatur

prius intenditur finis quam media, sed finis reprobationis est exclusio reproborum a gloria in ostensionem divinæ iustitiæ contra eos, et in ostensionem divinæ misericordiæ erga prædestinatos: media autem sunt demerita, ergo prius et ante ad prævisionem absolutam demeritorum, voluit Deus per reprobationem exclusionem præscitorum a gloria. Confirmatur ex comparando media defectiva cum fine, quia non est modus operandi intrinsece volare defectus finis: defectus enim finis se habet in modo ad media defectiva cum fine, sicut finis se habet in modo ad media conducentia ad finem: sed exclusio a gloria est defectus finis: demerita vero sunt media defectiva cum fine: ergo Deus reprobans incipit volare exclusionem a gloria, ante ad prævisionem eorumque demeritorum

Confirmatur 2º: quia eo ipso, quod intelligamus, Deus prædestinatos elegisse efficaciter ad gloriam, reliqui inter eos non electi manent exclusi a gloria, alioquin non electi gloriam obtinerent, scilicet salvi possent illam obtinere, sed hæc exclusio fuit ante ad prævisionem absolutam demeritorum: fuit enim in eodem signo, in quo prædestinati fuerunt electi ad gloriam ergo exclusio præscitorum a gloria, eorumque reprobatio saltem negativa fuit ante prævisionem absolutam demeritorum

Sectio 3a

Respondetur Ad Argumenta

Ad primum concedendo maiorem, et distinguo minorem quoad primam partem quia odium Esau intelligitur reprobatio præscitorum, quatenus reprobatio dicit privativam negationem electionis ad gloriam, concedo, quatenus reprobatio dicit positivam voluntatem excludendi a gloria, nego. itaque odium Esau non significat odium, quod sit simpliciter tale sed privativam carentiam amoris specialis illius, quo Deus

praedestinatos dilligit, eos elligendo ad gloriam, quales reprobos quos eo signo non elligit. Cum quo signo, in quo praedestinatos efficaciter elegit ad gloriam, hanc solum inefficaciter reprobis voluit.

Solet autem ipsa in scriptura Carentia specialis sicut maioris amoris nomine odij signari, ut constat ex illo Lucae qui non odit Patrem suum et Matrem etc. ubi non signatur odium simpliciter, sed Carentia talis et tanti amoris quantum debetur Deo et Christo. probat ergo textus Pauli, electionem praedestinationis ad gloriam et reprobationem, quam Thomistae et alij nostri dicunt negativam, fuisse ante absolutam praevisionem meritorum et demeritorum; non vero negativam Vasquez, quam constituit in positiva voluntate exclusionis a gloria.

Ad 4am confirmationem reddo antecedens, et nego consequentiam. Ratio disparitatis desumitur ex eo, quod praedestinatio sit ad vitam, quam Apostolus dicit gratiam, gratia autem Dei vita aeterna, reprobatio vero sit ad mortem, quam Deus non voluit neque fecit, nisi data a nobis occasione. insuper gloria regnum praemium ... ex ... quod ... exclusio vero a gloria ... quam ... non reperit ... sed infligitur in poenam demeritorum. ac demum electio ad gloriam est opus misericordiae, exclusio vero a gloria iustitiae ... dominij miserationes autem Dei ut supra dicebamus super omnia opera eius: non ergo eadem ratio electionis, et reprobationis. neque eadem ratio loquitur Apostolus de electione, ac reprobatione positiva sed solum de negativa, ut mox dicebamus.

Ad 2am confirmationem Respondeo ... sicut non importare omnimodam similitudinem quoniam, gratia est effectus praedestinationis supra a nobis probatum est

q

q. meritorie autem peccati non est effectus reprobationis contra dicemus
lib. 2° sicut solum denotat in reprobo inexcusabilitatem ratione
peccati, quod verum est: antecedit ergo reprobatio, quæ sub-
sequitur pœnam, ex quo nil contra nos, ut patet conclusio
sensu nostri. Ad 3um arguebant rationem decernendo mala et morte
et nando Coam, sed [illegible] elatam impiam supernaliter
exclusio a gloria licet intentio sit elevata [illegible] mortis et pœnæ
meriti in pœna sensus. Deus autem ex se et ante prævisa
demerita, nec voluisse mala, nec pœnas adeo a reprobatione
tibi ex meris [illegible] ad secundam partem [illegible] et nego Coam
qa exclusio a gratia non est mera pœna, neque plurimorum
proprium adeo a reprobo, qualis est exclusio a gloria, ideoque etsi
sensu proprie Deus sit dominus, non sic tamen [illegible] intuitu
exclusionis a gloria Deus ex se non faceret, tibi ex divinis
revelationibus collatis in meris [illegible], quod non est de
sua gratia, nec de pœna. Unde patet ad secundam partem
cuius argumentum dicitur, et negatur Coa propter disparitatem insi-
nuatam.

Ad 3um arguebant rationem decernendo mala et mala, et
nando Coam, licet Deus possit quem libere ex se [illegible] excludere
a gloria ante prævisa demerita, quod [illegible] non tamen
exclusisse tibi ex meris [illegible]: cum mala æterna Deus
ex se non velit, neque pœnas mali in pœna, quæ non est [illegible]
gloriæ sit an utrumque per Deus ex se velle et ante adeo
prævisa absoluta demerita. Licet possit non tamen infertur
de facto sic voluisse: sicut ex eo, quod potuerit omnes homines
excludere a gloria, cum nulli [illegible] sit, non tamen infertur omnes homines
a gloria exclusisse. Ad 4um facile [illegible] in meritis prævisis [illegible]

torum, nec modo defendimus impotentias rebus per hoc excludi aliqua quae minus bonitati, id est quae minus proportionatae. Solum quod de facto non sit amor proprius absolutus dominationum Creaturis oppositus non [illegible] ex parte; quod voluntas de qua in argumento sunt sibi compatibiles. Unde etiam per ad consequentiam, quam totam omitto, et nego quod de facto eas voluntates coniungi, quia Deus de facto nullum excludit angelum ante ad proprium absolutum dominationum ut satis a nobis probatum est, an autem non in argumento et consequentia impugnata sit affirmanda, necessario mihi non [illegible], quia quomodolibet se habeat submittit [illegible] conclusio.

Ad 5um. Arguo: magis finis prius intenditur etiam quo finis qui intenditur, concedo; quo finis [illegible], nego. Finis tunc quae intenditur quod ex se est amatus, et non ulterius alterius absolute propter intenditur, et tunc prius quam media intenditur, et sic plerumque appetit bonum honestum [illegible] se et delectabile.

Finis [illegible] intenditur, quod ulterius alterius absolute propter intenditur, tamen non prius intenditur quam media, id est posterius: ut per in [illegible] in mare, cum [illegible] navigatio [illegible] ita [illegible], ut navigatio sit medium ad [illegible]; [illegible] non potest esse sine navigatione, non tamen prius intenditur [illegible], quam navigatio, quia [illegible] propter se intenditur, sed ulterius navigationis [illegible], a quo imminet periculum.

[illegible] cum ad [illegible] sit finis [illegible] non est finis [illegible] adeo ut [illegible] ex [illegible] [illegible] dominatorum

torum absolute praevisorum ideoque non prius intendere quam demerita absolute praevideantur, quod si aequum aliquid probat, probat etiam reprobacem, ut dicat exclusionem a gloria ut poenam, et destinationem ad Curiam sensus esse ante praevisionem absolutam demeritorum: hic enim sunt ratione finis medij, et illa finis; cum tamen id neget à Molina parte adversariorum.

Ad 1am confirmationem distinguo majorem: in praeparando media defectiva a fine ellicito si defectus finis sit ex amore, concedo; si ex odio, nego. Cum ergo exclusio a gloria Dei, quam non amat, sed ex odio, et ob sua demerita, inde est, modus eius conatus operandi non exigere prius intendere defectum finis, et deinde praeparare media, sed praevisio medio, cuius ob sua vult exclusionem a gloria, sive defectum finis, post talem praevisionem velle effectum finis.

Ad 2am confirmationem distinguo majorem, concedo, quod intelligamus ellicita reliqui sic non electi manent exclusi a gloria privative concedo, positive, nego, vi enim voluntatis illius electivae neque manent positive exclusi a gloria neque in eadem positive inclusi; sed cum indifferentia quam esse ex parte porro antea ad hoc ut post praevisionem absolutam meritorum eligantur ad gloriam; scilicet post praevisionem absolutam demeritorum positive excludantur a gloria.

Quare licet hi non electi non consequantur gloriam possunt tamen posse antea illam consequi: quoniam eodem signo, quo Deus illos non elegit efficaciter ad gloriam, vult illis inefficaciter gloriam, vi cuius voluntatis praeparat illis auxilia sufficientia, quibus possint consequi gloriam. quod posse sufficit, ut absolute non sint exclusi a gloria, ut patet in eo, qui habens sufficiens praesentem consequi, qui licet defacto illud non sit consecuturus

deus est in prima causa ad illud assequendum, nedum est exclusus ab illo. quare distinguo cons. exclusio praeparatoriam concedo, reprobatio nativa, quae haec dicit mas praescientiam exclusionis ad gloriam, et merita; quae dicit voluntatem positivam excludendi a gloria nego

Quaestio 2a

An ex parte reprobi detur causa reprobationis et quaenam illa sit.

Loquor de reprobatione positiva, quae importat destinationem efficacem ad mortem, quam in adultis dicit carentiam vitae aeternae, et simul cruciatus aeternos sensus; in parvulis vero solum carentiam vitae aeternae, sive visionis Dei; huiusmodi autem reprobationi dari ex parte reprobi aliquam causam certum est in nostris principiis: cum enim Deus plures reprobaverit, et non ante absolute praevisa demerita, sequitur, eos reprobasse post et propter demerita absolute praevisa et haec fuisse causam moralem eorum reprobationis.

Sunt haec demerita. sed quaenam sunt haec demerita nunc quid peccatum originale, an vero actuale; nunc peccatum remissum, an solum non remissum; et nunc quid peccatum non remissum semper, an solum quod coniungitur cum impoenitentia finali? variant DD. Secundum non malignitatis positiones, quas explicabunt quaestionem. nos clarius brevius in conclusionibus aliquid munus meum aperiemus

Sectio 1a

Unabilis causa praescitorum reprobationis exponitur

1a Conclusio

peccatum originale non est causa unabilis, sive causa praesciti eos reprobant. Sic contra nostri DD. contra plures auctores docentes Deum praescitos eos exclusisse a gloria propter peccatum originale probatur: quia causa adaequata reprobationis exponitur in adultorum

ma

Mathei 25 ibi Maledicti in ignem aeternum etc, sed ibi nullus fit de peccato originali: ergo hoc non est Causa unalis reprobationis praescitis ac reprobatis — Dices ibi exponi Causam adaequatam reprobationis in ordine executionis, non vero in ordine intentionis; ibi etiam exponit Causa adaequata praedestinationis dicit enim ex meritum; cum tamen hoc non sit Causa praedestinationis in intentione, quia liberalis est, et gratiosa, sed solum praedestinationis in executione

Sed contra

quia merita non est Causam praedestinationis in intentione constat ex eo, quod Scriptura nostra praedestinatio sit gratiosa et liberalis iuxta illud gratia autem Dei vita aeterna et sic de aliis, sed nullibi constat reprobationem in intentione esse propter peccatum originale quia sine fundamento ponit duplex Causa adaequata reprobationis una in intentione, et altera in executione

Dato 2°,

quia peccatum remissum non potest esse Causa reprobationis: peccatum enim remissum non est simpliciter peccatum: ideoque si esset Causa reprobationis, peccatum non peccatum esset Causa reprobationis, quod est impossibile: sed in pluribus praescitis peccatum originale remissum est, in omnibus videlicet qui postea baptizati: ergo in istis peccatum originale non est Causa reprobationis, ideoque hoc non est Causa unalis reprobationis omnium praescitorum

Dato 3°,

quia quidquid sit an in alia providentia potest Deus reprobare propter peccatum remissum, certum tamen est Deum in praesenti providentia, propter peccatum remissum nullum reprobare, alioquin damnaret parvulos baptizatos propter peccatum iam remissum, et idem est de adulto peccatore, et vere poenitenti quia peccatum originale remissum non est Causa reprobationis, in praesenti providentia

Dato 4° quia optime intelligit plures Angelos Deum reprobasse et non propter peccatum originale, siquidem nullum habuerunt:

Id eadem est ratio de hominibus, tum quia habent hoc peccatum originale quod non habent Angeli solum probatur potuisse in hominibus esse Causam reprobationis, non vero probat fuisse de facto. Tum etiam quia peccatum semel remissum in mundo ad maius gravamen fecit, ac si non fuisset ergo peccatum originale non est malis Causa reprobationis sive sumatur hic in ordine, sive in executione

Objicies 1.o Aug. qui multis in locis loquitur de quadam massa perditionis et condemnationis, in qua omnes homines ratione peccati originalis sunt involuti et ob quod solum docet, omnes aeternum esse reprobatos, exceptis illis, quos Deus ex illa massa seleximit, et ex mero beneplacito praedestinavit. Ergo quia originale est Causa et radix omnium peccatorum. 2.o quia ob id Deus iustissime denegat auxilia gratiae tum ad gratiam, tum ad perseverantiam in gratia: ergo originale est Causa malis reprobationis

Resp. ad 1.um Aug. loqui de reprobatione per hic importat exclusionem a gloria, quam Deus omnes praescitos iustissime negat ob peccatum originale non remissum, non vero loqui de reprobatione prout hic dicit exclusionem a gloria, a qua Deus nullum praescitum excludit ob originale iam remissum.

Ad 2.um Resp. originale esse radicem et Causam praecedentis omnium peccatorum, quatenus Deus ratione illius denegat auxilia gratiae, si forte ratione illius ea deneget ergo peccata impedimentum, non vero esse radicem et Causam esse quoniam peccata non sunt ut a vera Causa et radice a negatione gratiae, sed tantum a libero arbitrio.

